

tia actus non repugnet. glo. c. si non sanctificatur. de consec. dist. i. iij. aut qualitatem inducat, quae priorem actum subuertat. d. c. cui de non sacerdotali. l. Græcæ. §. illud. vbi Bartol. de fidei. contra ego tenui. l. j. in fin. de liber. & posthumis. Aut aliis huiusmodi adiectio, nominatim à lege reprobata sit. c. 12. Messana. de elect. Sed \* quid si testator vltra solēnia iuris alia quoque obseruaturum se protestatus sit, an si id minus fecerit, testamentum valeat? Et constat non posse eum sibi ipsi legem dicere, à qua recedere nequeat. l. diui. §. licet. s. tit. j. l. si quis. in princ. vbi Bar. col. ij. j. tit. ij. si hincque inferatur, si testator adhibitis septem testibus, & nuncupato hærede dicat, se codicillos duntaxat facere velle, vt ea voluntas iure codicillorum tantum sustineatur. quod Paul. Castr. hic censuit. arg. l. si. C. de iu. cod. Et receptus videtur, ne ideo contra mentem testatoris actus vitietur, quia maiorem solēnitatem adiecerit. Nam & tali casu idem esse existimant Bar. cum testator clausulam adiecit, si non valeat iure cod. valeat iure cuiuslibet voluntatis. Bart. l. j. q. xvij. §. tit. j. Non enim his verbis adhuc censetur testator sensisse de testamento, ne appellatio generalis ad maiora expressis trahatur. l. si. in fi. de rit. vi. & ole. leg. Clem. ij. de procu. In qua re amplius deliberandum est: fauor enim testamenti operari debet, vt si ea voluntas secundum mentem testatoris sustineri nequit, saltem in vno testamento valeat. l. quoties. de reb. dub. quod scio respondisse Dyn. quem recentiores sequuntur. loā. Andr. in Specu. de instru. editi. versiculo. porro.

**b** **NE LEGES** Annotant in primis hic Doct. \* non posse  
13 testatorem aduersus leges quicquam inducere. vnde inferitur, non valere iussum testatoris, quo hæredem suum conueniri posse summarie & de plano statuerit. gloss. c. si de hære. in vj. verbo, figura. quod Bal. Inol. & ceteri hic tradiderunt. Idem si disponeret, vt pro legatorum solutione in carcerem duci, vel in neruum trahi posset. quod Ange. censuit, & receptus est. l. alia. §. eleganter. vbi Alex. sol. mat. captura enim hæc meri imperij est: vnde nec testatoris iussu, nec priuatorum pactione regitur. l. interdum. §. qui furem. de fur. Idem quoque, si disponeret, vt hæres suus, quauis clericus, creditoribus in foro seculari responderet. Bal. l. ij. C. vt in poss. leg. Sed quid si testator mandasse proponatur, vt Titius amicus suus, libros rationum se mortuo perlegeret & si quid malo fenore acceptum depre hæderit, his restituere, quibus videretur? Et à Gemiano respondentum

sponsum extat, hæc iusionem non valere. Gemi. conf. xx. quia hæc cura, iure nostro ad episcopum pertinet. c. cum in dice. c. si. de vsu. c. ad nostram. ij. de iureiur. qui in primis ei dicitur iu bebit, cui ablatum constabit, iurisq; ordinem seruabit, vt eius rei certior fieri possit. c. cum tu. c. quanto. de vsu. quam sententiam in subsidium admittendam puto, quando Titium nõ rectè officio suo fungi appareret. Card. de. quia contingit. de relig. dom. q. viij. & vlti. Sed quid si grauius hæredes testator, vt si certo tempore legatum nõ perfoluerit, deinceps aliquid menstruum præstet: & non valere Barto. censuit. l. ij. §. fin. vbi Bar. de annu. leg. quem & pleriq; alij sequuntur. Aret. consi. cl. ij. fa. l. j. C. de sum. trini. Menstruum enim id, quod ob moram fortis non soluta penditur, vsura est. d. §. si. l. cum debitor. §. in quibus cau. pig. taci. contra. Quid ergo si testator prohibeat sortem ante certum tempus exigi: & Socr. respondit, tunc vsuram non esse, cum nulla sit creditoris culpa. Socid. ij. infra, de his que pæn. no. consi. xl. in iij. Quid si ex bonis suis immobilibus leget, & interim quid annuu præstari iubeat? & mihi videtur non vsuram, sed fructus esse. l. curabit. C. de act. empt. Idemq; si dixerit, interim emphyteuticū canonem, seu *perpetuum* præstari, tanquam vlet sit iam fundum dari, & in emphyteusim recepi, sicque breui manu solui. l. v. §. fi. de don. inter vi. l. sciendum. de verb. ob. melius facit in argumentum tex. in l. licet. §. quoties. de iu. dot. Addit Bald. idem esse, si alternatim mille testator legauerit, vel quinquagena annua. Bal. l. j. q. iij. de his que pæn. no. Adde ego idem esse, si appareat annuam pensionem super fundo, seu bonis constitutam. c. regimini. in extrauag. de empt. & vend. dixi in l. cum stipulati. in princ. de  
14 verb. obi. \* Sed an iussum testatoris valeat, vt mulier arbitratu Titij nubat: & non valere constat. l. cum tale. §. si arbitratu. de cond. & dem. quia matrimonia libera esse debent. l. Titia. de verb. obi. receptum tamen est, iusionem valere, qua hæredes sub pænâ prohibet, ne vxorem ante vigesimum quintum annum ducat, quia temporaria prohibitio est. l. sed si hoc. §. fin. vbi Barto. de cond. & dem. Aret. consi. lxxij. Dec. consi. cccxlix. col. j. quicquid hic Crotus dissenserit. Sicut & valet hæreditatis ademptio, si indigno nuperit. l. cum ita legatum. de cond. & dem. l. ij. §. si emancipatus. de contrat. Vel si nuperit, nõ ciui, seu non subdito. Barto. l. murileguli. C. de murileg. lib. xj. Vel si nuperit absque consilio talis, non enim tenetur sequi. Doct. l. turpia. §. j. s. eo. licet non deceat mulierem nubere in consili-

consulta matre, & propinquis. l. j. C. de nup. vbi Bal. l. Theopō  
 pus. de dot. preleg. vnde valere conditio debet, tanquam iuri  
 conformis. l. si ita stipulatio. de verb. obli. vel si eam fideicom-  
 missio graauerit, casu quo nuberet. l. nō dubium. §. tit. ij. quod  
 aliqui intelligunt, dummodo non in pœnam. argu. l. iij. §. itē  
 si quis. de leg. præstan. Ego arbitror conditionem illam, ad fa-  
 uorem mulieris pertinere, qua submota, purē grauata mulier  
 remaneret. Bart. l. illis libertis. de cond. & dem. Idem in condi-  
 tione, si coacta fuerit nubere cōtra voluntatē suam, & talis cō-  
 sanguinei. huiusmodi enim cōditio, libertatē matrimonij nō  
 restringit, sed potius adiuvat: vnde valere debet. Ioan. And. c.  
 15 statutum. de hare. in vj. Doct. d. l. si ita stipulatio. \* Sed quid si  
 prohibeat, & heredes, & descendentes suos, ne perpetuō bona  
 diuidant? & constat non valere, cūm perpetua sit prohibitio. l.  
 in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. commu. diui. Doct. l. si non  
 fortem. §. si centum. de cond. in d. Sed an saltem sustinebitur  
 iustus, in vim fideicommissi? & respōdit extat, sustineri. Cur.  
 Junior consi. cxij. quæ sententia dubia est. Nec enim actus ex-  
 pressim nullus, fideicommissum validum inducere debet. l. iij.  
 in fi. de seru. rust. præd. Et si debeat, non tamen simplex fidei-  
 commissum, sed in casum alienationis tantū inducere debet,  
 adeo vt satis sit in familia relinqui, licet non proximiori. l. fi-  
 26 lius. §. cūm pater. j. eo. \* Sed quid si testator filix cūm nupsē  
 rit amplius legat, quam si sanctimonialis efficiatur? Et receptū  
 est non valere. §. sed & hoc presenti. in authen. de sanct. episc.  
 l. Titix. de condit. & dem. qua tamen in re multi probabiliter  
 dissentiunt. Crot. hic, Dec. c. in presentia. col. xxvj. num. lix. de  
 probationib. quos ego propter consuetudinem ciuitatum se-  
 quior. quod enim solus testator non posset, consuetudine adiu-  
 tus debet posse. l. qui sit fugitiuus. §. apud Labonem. vbi Bar.  
 27 de adil. edit. \* Sed quid si testator nolit cum fletu tumulari?  
 sed cum cantu, & alacritate, & ornamentis dignioribus? quod  
 Ennius Poetam fecisse tradunt, & non paucos alios. Et sunt  
 qui hanc voluntatem minimē obseruandam arbitrantur. l. ser-  
 uo alieno. in fi. j. eod. l. quidam in suo. de condi. insti. Sunt qui  
 dissentiat, negentq; furiosū id esse hominis, sed Christiano cō-  
 venire in funere lætitiæ signa ob melioris vite ingressum. Vn-  
 de & cūm pfallentium cantu & sono tumulari mortuos moris  
 est. Alexan. l. si cūm dorē. §. si maritus. sol. mat. Et de Michaēle  
 Ferno ciue meo, qui aureum vnicuique legauit, à quo Romæ,  
 aut Perusij, vel Mediolani fuisset eleganti epigrammate, aut  
 lauda

laudatus, aut vituperatus. \* Sed quid si testator leget sacerdoti-  
 bus quid annuum, adiecto, pro toto missis celebrandis? Et Inno.  
 atque Imol. non posse id fieri censuerunt. Inno. c. iij. ne prela-  
 vic. suas. Imol. c. significatum. de preben. cūm nemini liceat sa-  
 ceris operari, accepta mercede, etiam si spontē detur. c. eos. c. e-  
 mendari. j. q. j. ne valeat testatoris iustus, aliquid illicitum in-  
 ducens. l. si quis inquilinos. §. si. j. eo. l. j. C. de his que pœn. no.  
 Quæ sententia defendi potest, si sacerdotes ipsi pacto ad id fa-  
 ciendum obligent. Doct. d. c. significatum. vel principaliter  
 ea intentione operentur, vt pecuniam lucrifacerent. glo. c. j.  
 de cle. non resi. alioquin valere legatum verius est, nec simo-  
 nici ambitus crimen contrahi. c. si. de testa. quod & recentio-  
 res hic aliqui tradiderunt. Sed an testator statuere possit, ne  
 episcopus in legatos pietatis causâ felicitos, se ingerat? Et con-  
 stat non posse. authen. licet. C. de episc. & cle. sicut nec iuribus  
 episcopalibus derogare, vt si certum modum celebrandi indi-  
 cat. d. c. significatum. vbi Abb. c. cūm dilectus. de consuet. vel  
 quotidie de alicuius diui memoria agi vellet. c. consuluisti. de  
 cele. miss. c. prætere. j. de in. patro. & vtrobique Abb. vel iubeat  
 vt episcopus ab ædicula sua se abstineat, alias pro fundata ve-  
 lit atq; dotata non esse. Prohibita hæc sunt, & pro non scriptis  
 habentur. Bar. l. quoties. §. si. de admitt. tur. Felyn. c. cūm vena-  
 bilis. col. xj. de except. Dec. cxvj. col. j. Ceterum prorogare ter-  
 minum exequutoribus etiam vltra annum, non ad ius episco-  
 pi pertinet, sed ad bonorum distributionem, quam arbitrari  
 suo moderari potest, quod Bal. respōdit, consi. cccj. in ij. \* Qua  
 ratione potest testator disponere, vt hære di liceat Falcidie le-  
 gis beneficio vt, etiam in his que ad pias causas sunt legata.  
 authen. similiter. C. ad leg. Falc. quod Socy. respondit, consi.  
 xlvij. in j. Potest item mandare, ne episcopus ad venodochij  
 manus adiciat, in quo tamen nulla spiritualia tractentur. Car.  
 30 d. clem. qui contingit. \* Sed dubitat. lal. quid iuris, si ex con-  
 suetudine solus primogenitus succedat, an pater possit testa-  
 mento suo id ius tollere, & cōstat aduersus feudū naturam nō  
 valere testatoris dispositionem. c. j. de success. feu. Sed in pro-  
 posita quæstione sciendum est, hanc consuetudinem aduer-  
 sus ius commune esse. l. maximum. C. de lib. præ. & ideō scri-  
 bē intelligendam. Nec est verum adiuvari eam, vt quidā scri-  
 bēt, iure diuino: nō enim eo iure solus primogenitus in here-  
 ditate succedit, sed paucis dicitur ad commo ditatibus precellit.  
 glo. c. quam periculosum. vij. q. j. quas inter non est solida luc-  
 F celsio.

cessio. Igitur cum hæc cōsuetudo stricte interpretanda sit. Abb. c. j. de rēl. dom. conseqnes est, vt si probetur ab intestato sem per successisse primogenium, non tamen trahatur ad causam testamēti, quin pater aliud disponere possit, si velit. sunt enim eę successio num species distinctę. glo. Bart. l. j. in prin. de contratab. la. l. j. ij. not. C. de contratab. vnde cōsuetudo in vna, ad aliam non extēdetur. Rursus censet Bal. etiam si ea cōsuetudo generaliter inualuerit, tamen ei locum non esse, cum primogenitus ipse vitio naturali & perpetuo inhabilis esset. cōsuetudo enim ad hunc casum contra voluntatem testatoris trahenda non est. Bal. authen. hoc amplius. ij. col. C. de fideicom. & ideò possit pater tali casu regnū secūdo relinquere. Quòd si impedimētum temporarium sit, fecus est. tunc enim primogenito curator dandus esset. c. grandi. de supp. neg. præl. in vj. Idem si pater nihil disposuisset. Bal. pro cōmō Greg. Sed quid si primogenitus causam ingratiūdinis erga patrem commiserit, an priuari poterit? Et Martinus Laudēns in tractatu primæ genituræ, posse ex omnibus causis censuit, ex quibus & legitima priuari quilibet filius potest. quam sententiā ego probō, quoniam cōstat legitimam filio iure nature efficacius deberi, quàm regnum iure cōsuetudinis primogenito. Vnde potest pater primogenitum regno priuare, si eius vota non impleuerit. c. licet. de voto. & tamen legitima non potest. §. si quis verò non implens. in authē. de here. & Fal. vbi Doct. Sed quid si ex duobus filiis non constat, vt sit primigenius: Et poterit tunc pater regnum vtri velit relinquere, quòd aliqui hic existimant. intestato verò decedenti, vterque succedat. l. si fuerit. vbi Soc. de reb. dub. Fely. c. capitulum. col. xvj. de rescrip. quod & Cur. respondit. consil. lxvij. col. antepenul.

**C** LOCVM HABEANT.)\* Quoties ergo leges publicum ius respiciunt, quòd ipsius testatoris causa inductum non sit, non potest eis renuciari. quòd pluribus questionibus Doct. hic examinant. In primis cum testator non adhibito solenni testium numero, subet nihilominus testamenta valere, frustra id agi, quia numerus testiu iure publico inductus est, cui testator derogare non potest. Sed nunquid ad probationē hi duntaxat pertineant, an etiam ad solennitatem? Et constat testes in omnibus contractibus, ceterisq; actis requiri principaliter, vt probationem faciant. Bal. c. j. col. fi. quid sit inuest. Et ideò credendum est, in testamentis quoque ad probationem pertinere, quòd Bart. sentit. l. cum quis, num. xj. C. de in. & fact.

igno,

igno. in l. j. de cond. ind. & plurimis legibus probatur. l. curer. de testi. Ceterum amplior numerus requiritur, ne cui falsitate locus esse possit. l. fi. C. de fideicō. verū. lex etenim, qua, vt inquit Bal. facilius in testamentis fieret, cum is de cuius re agitur in rerum natura amplius non sit. Bal. verū. sed quero. c. ij. si de inuest. inter dom. & vasa. Et ideò hoc respectu ad solennitatem quoq; pertinere dicuntur. l. si vnus. C. de testa. Vnde testamentū, inquit lex, est iusta sententia. l. j. §. de testa. id est, solēnis & perfectā. Rursus si testamentum septem signis testium sub-signatum non sit, lex air imperfecum esse. l. si quis legatum. ij. responso. iuncta glo. verbo. perfectum. de fals. & non nisi enūciationis causa & abusiue testamentum dici. l. ij. §. j. quemad. testa. ap. Item si in testamento non adfuerit statutus numerus, constat iure non valere. l. inuēmus. l. hac cōsultiss. C. de testa. Apparet ergo non e ratione solum infirmari, quia deficiat factum, id est, probatio. l. duo sunt. de test. tu. sed etiam quia deficiat ius, à quo testamenti substantia procedit. & ideò alibi legitur, hosce testes ad efficiendā voluntatem adhiberi. l. dictam. titibus. C. de testa. Igitur sciendum, si testamentum legitimum numerum testium nō habeat, iure nostro nullum esse. In primis, quia deest probatio, deinde & solennitas. Quod tamen quibusdam modis declaratur. Et primò, vt sit nullum iure ciuili propter defectum solennitatis: sed tamen iure nature va-  
 23 leat. \* Defectus enim solennitatis obligationem naturalem non impedit. l. obligari. §. tutor. de aut. tut. l. impubes. iuncta glo. j. eodem tit. l. prima. de noua. in fin. & ideò obligationem naturalem: tale testamentum pariet. l. in testamento. de fideicom. lib. qua magis recepta videtur esse sententia. glo. d. l. cum quis. & d. l. j. de cond. ind. vbi Doct. idque certissimum est, quoties aliquis hæredis consensus argui potest. l. ij. C. de fideicom. l. inde commillum. §. de cond. ind. vel cum hæres ipse veritatis conscius est. l. fi. C. de fideicom. tunc enim etiam denunciazione euangelica aduersus eum succurreret. c. nouit. extra. de iudic. l. generali. vbi dixi. C. de sacr. san. eccl. vel cum testator nō adhibuit solennitate, quia nō potuit. l. fi. C. de testa. seu nesciuit. l. codicillis. in fi. §. i. r. j. vel eò asseritur eum legati, aut fideicommissi facti pœnituisse. l. fideicō. C. de fideic. leuor enim solennitas atque probatio hoc casu requiritur, quàm si de hæredis institutione ageretur. l. militis. §. veteranus. de testa. mil. Quibus casibus exceptis, verior videtur Petri, Cy. aliorumque opinio, naturalem obligationem omni negantium.

F 2

quia

quia qui solennia non seruat, videtur illusorium actum voluisse facere. Iam inutilis de accept. l. q. ratio. de cod. isti. Et quia testamentum actus iuris civilis est. c. ius Quiritium. disti. j. quem lex naturalis non vltra approbat, aut fouet, quam ab ipso iure ciuili sit inductus. l. pe. in fin. de sol. qui text. paucis induci potest, hoc modo: haeres aedeuod dicitur quasi contra here. §. haeres. Insti. de obl. que ex quasi contract. l. ex maleficijs. §. haeres. de act. & obli. vnde obligatur naturaliter & ciuilit. l. apud Iulianum. §. si. ex quib. cau. in pos. ea. illa igitur naturalis obligatio, tunc acceptationem inducit per successionem, quando testamentum solenniter factum fuisse inuenit alioquin obligatio, qua testator haeredi tenebatur, per talem non tollitur successione. Hincque est, quod nulla retentio conceditur. d. §. veteranus. l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. igno. Et quod solutum est, tanquam per errorem solutum repetitur, quod si constaret, nullum fuisse errorem, secus est. d. l. ij. d. l. fideicommissum. de cond. ind. Rufus\* sustinet ea voluntas, quamuis non solennis, quatenus fieri potest, si saltem tot testes adfuerint, qui codicillis sufficiant. l. codicillis. §. si. j. tit. j. quod intelligendum, cum constat voluisse testatorem saltem in vim codicillorum valere. l. non codicillum. C. de testa. Vel ex imperitia peccauit. d. l. codicillis. cui lex facilius indulget: quia tunc voluntas non est dubia. Ias. l. eam. quam. not. iij. C. de fideicom. neque potest presumi voluisse illusorium actum facere. l. non solum. j. de act. & obli. vt §. dixi. Hincque est, quod huiusmodi dispositio, quamuis imperfecta sufficit, vt traditio, atque exequutio ob eam causam secuta presumatur: videtur enim actus in exequutione tituli precedentis factus, etiam si ille titulus nullus esset, & de facto tantum procederet. quod Soc. respondit, consi. xij. vol. iij. d. l. ij. d. l. in testamento. Praestat etiam iustam causam stipulationi, ne aduersus eam sit exceptio doli locus. d. l. fideicommissum. de codicil. ind. Sed quid si heres cõsenteatur, conditum esse testamentum, sed minus solenne, an conueniri poterit? Et receptum est non posse. l. ij. C. de secund. tab. quia adhuc subest praesumptio legis, salstatem metuentis, vel suspicantis voluisse testatorem actum illusorium, vt dixi, facere. Excipit tamen Iustinianus vnum casum, nempe cum testator ipse heredem rogauit, vt fideicommissum restitueret, & huius rei haeres conscius delato sibi iuramento, affirmavit ita esse hoc casu restitueri tenetur. l. h. C. de fideicom. §. h. Insti. de fideicom. haered. Cum enim

vlla

vlla suspitio falsitatis hic esse nequeat, quia iurat haeres de eo quod ipse à testatore audiuit. d. §. si. versi. neesse. Doct. d. l. si. & in quo fidem suam secutum esse testatorem sciebat, cessat omnis ratio, cur fideicommissum valere non debeat. Constat enim etiam circumscripita Iustiniani constitutione, denunciationi euangelicae hoc casu locum fuisse. d. c. nouit. Bar. extran. ad repri. verbo, denunciationem. quoniam habet haeres conscientiam laesam, cum ipse actui interfuerit. Anch. c. possessor. de reg. iur. in vj. dixi d. l. generali. C. de sacrosanct. merito ergo speciale est hoc casu, vt ad solennitatem non attendatur. Adit Bar. idem esse, cum testator nomine fideicommissarij ab haere de stipulatum est: tunc enim videtur pro fideicommissario contraxisse. Et ideo haeres tanquam ex contractu tenebitur. l. quidam cum de haere. insti. l. spadonem. §. j. de excu. tut. quamuis solennia testamentorum non interuenierint, quae sententia verbis legum non probatur: nulla enim in eis est mentio contractus, sed solum vltimae voluntatis: nec vllum verbum, quod haeres testatori promiserit, aut quod saltem solennia contractum interuenierint. ostendique ego alijs, iure nostro non posse testatorem, aut legatario, aut fideicommissario stipulari. l. continuus. §. si. de verb. obl. quod Paradox. lib. j. c. iij. disputatum extat, constat enim nec haeredem legatario stipulari posse. l. huiusmodi. in princ. vbi Bar. nume. ij. j. eod. vt merito nec testator possit. Bar. l. cum quis decedens in princ. j. tit. ij. veritatem ab illo. nu. iij. Nam nec promissio haeredit, qua testatori facta sit, actionem parit, nisi iuramentum adiectum proponatur. l. cum pater. §. filius matrem. j. tit. j. Augent id Barto. commentum notabiliter aliqui: nempe vt cum hoc casu fideicommissum ex contractu debeat, sufficit si duobus testibus probetur. l. vbi numerus. de test. Imol. Alexand. Crot. sic. Cepol. cautel. cxxix. Quam sententiam Ias. vii. alijque recentiores recte improbant. subest enim semper ratio, ne falsitas committatur. d. l. si. ver. lex etenim. cui apertissima esset via, si duo testes sufficerent. Et licet contractus in testamento descripti ex propria natura censentur. l. si. de reb. eo. d. l. cum quis decedens. §. codicillis. vbi Bar. nu. iij. Ias. l. cum antiquus. C. de testa. tamen hoc non procedit, cum contractus de ipsa hereditate, aut parte hereditatis est. l. si. C. de do. causa mor. quod Petr. Bessuti. docuit in l. haeres palam. in fi. de testa. & sensu Bas. qualem contractum non minus ex testatoris sententia reuocabilem esse, quam testamentum scripsit. Est enim ipsius testamenti

tarie dispositionis exequutiuis. vnde ea sublatā, & ipse tolli  
 25 debet. Bal. c. ex literis. in fi. extra, de consue. \* Sed finge, duo fra-  
 tres proteſtati ſunt, mentem patris fuiſſe, ne bona ſua per-  
 petuo alienarentur, ideoque fideicommiſſum induxiſſe in ca-  
 ſum alienationis: an nocebit id his qui deinde emerunt? Et ſi  
 mutuo ſe obligaveſſent, ad non alienandum, certum eſt valere  
 promiſionem. Oldr. conſi. cxxxix. Alexā. lxxxij. in ij. xvij. in  
 iij. Maior eſt difficultas, cum verba obventionem inducent,  
 Bar. conſi. cxij. dixi in l. pactum quod dotali. C. de pact. col. iij.  
 verſi. quapropter. an obligentur ipſi, & an probatio quæ con-  
 tra autorem ſufficiat, eadem & emptorem afficiat. l. ſi ſuperat-  
 us de pigno. §. videretur non obligari: quia Bar. hic ſpeciali-  
 ter id inductum à Iuſtina. eo caſu tradit, quo teſtator hæredis  
 fidem ſit fecutus, eique inſtitutum legatarius obtulerit. d. l. fi.  
 regulariter ergo huiusmodi confeſiones fideicommiſſum  
 non probant, cum talia. C. de iu. & tact. igno. cum id non à  
 partium, ſed à teſtatoris voluntate, iureque publico pendeat.  
 quod & ex Papinianj reſponſo Bar. tradidit. d. l. cum quis de-  
 27 cedens. in princ. Sand \* & quandoque lex ſpeciali ratione ſo-  
 lennitatem relaxat: vt inter liberos. l. hac conſultiſſima. §. pri-  
 mo. C. de teſta. l. ſecunda. ſuprà, de inoff. teſta. vt in teſtamen-  
 tis militum. l. j. de teſta. mil. Sed & inſtituta eccleſia receptum  
 eſt, ſufficere duos teſtes propter evangelicam regulam, in ore  
 duorum. Sed ego ad denunciationem evangelicam duntaxat  
 pertinere pontificis reſcriptum aliàs exiſtitavi. in l. generali.  
 C. de ſacr. ſan. verbo, omni. Hincque inferi, poſſe per ſtatutum  
 civitatis induci, vt teſtamentum adhibitis duobus tantum  
 teſtibus valeat. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. ſicut & induci po-  
 teſt, vt teſtator directo poſt pupillare ætatem ſubſtituere poſ-  
 ſit, quod Bar. tradit. l. centurio. col. iij. nu. xj. de vulg. Quid er-  
 go ſi ſtatutum concedat teſtandi licentiam, ſecundum iurif-  
 gentium regulas, in obſervata iuris civiſis ſolenntate? Et puto  
 idem vt ſufficiant duo teſtes: quod exemplo militis probatur.  
 l. j. de teſta. mil. & ſenti hic Bar. quod produci poteſt, etiã cum  
 ſtatuto dicitur, vt vltima voluntates ſecundum bonum & equum  
 exequutioni mittantur. quoniam lex æquitate ratione teſtamenta  
 non ſolenntia ſuſtinet. ait. d. l. fi. vbi Bal. & Corn. C. de fideicõ.  
 vnde ſubiecit Corn. iudices qui ſecundum equitatem cogno-  
 ſcunt, poſſe talia iudicia pro legitimum habere. cui ego conſen-  
 tio, ſi timor falſitatis ceſſet, vt quia hæres præſens fuerit, &  
 aliàs denunciationi evangelicæ eſſet locus. Nec enim facti  
 creden-

credendum eſt, talem ſolenntatē ſtatuto ſublatam eſſe. l. ſi quan-  
 28 do. in princ. C. de inoff. teſt. \* Secunda quaſtio eſt, quid iuris  
 in cautione, quam fructuarij præſtat, an teſtator eam poſſit  
 remittere: & conſtat non poſſe. l. j. C. de vſufructu. ſi enim de ea  
 loquamur, quæ pro vſufructu rerum cõſumptibilium præſta-  
 tur, non videtur remitti poſſe. d. l. j. tanquam ea ad ſubſtantiã  
 ipſius vſufructus pertineat. l. ij. de vſufr. ea. re. Si verò de alia,  
 quæ generaliter à quolibet fructuario præſtanda eſt, de vten-  
 do fruendo arbitrio boni viri, & rem finito vſufructu reſtitu-  
 tum iri, idem eſt. l. pe. C. de vlt. in poſſ. leg. quia talis cautio, habet  
 incluſam clauſulam, dolum malum abeſſe, abſuturumque eſſe. l.  
 v. in princ. vſufructu. quemad. cau. quæ doli remiſſio, ad delinque-  
 dum inuitaret. l. conuenire. de pact. dot. & ita communiter  
 reſpondent Doct. Sed ſi hoc ita eſt, cur hæres ipſe eam remit-  
 tere poteſt? d. l. pe. verbo, ex teſtamento. gloſſa. final. in verſi.  
 ſed an hæres. d. l. j. Et difficilis ſanè eſt extricatio. probabilius  
 tamen dici poteſt, fructuarij hæredis ipſius proprietarij pro-  
 curatorem in rem ſuam cenſeri. l. j. l. ſeq. vſufructu. quemad. ca. l. j.  
 in fi. de op. no. nuncia. At cum dominus procuratorem à cau-  
 tionem liberat, non cenſetur doli mali occaſionem illi præſtare.  
 cum in volentem & ſcientem non committatur dolus. l. cum  
 donationis. C. de tranſact. Et cum ipſe viuat, qui ſtatim prou-  
 dere poterit. l. hoc amplius. §. ſi. de dam. infect. quæ ratio, in  
 teſtatore ceſſat. Hincque conſequens eſt, vt teſtator in his quæ  
 futurum dolum in re hæredis reſpicitur, non idem iuris ha-  
 beat, quod hæres ipſe, quod & Bar. alibi ſentiſt. gloſſa. d. l. prima.  
 Bar. ſol. l. damni. §. Sabini. nu. ij. de dam. infect. Tertio queri-  
 29 tur, \* an teſtator quartã, quæ ex lege Falc. retinetur, remittere  
 legatarijs in damnum hæredis poſſit. Exire veteri cõſtat nõ  
 potuiſſe. l. quod de bonis. §. j. & §. ſi ad leg. Fal. legi enim pro-  
 hibitua renunciaci non poteſt. gloſſa. ſi. verſi. item an poteſt.  
 ad fin. l. j. C. ne fideiuſ. dot. & lex ait, Falcidiam aduerſus teſ-  
 tatoris voluntatem induci. l. Titia. in ſi ad leg. Falc. idque ad  
 fauorem publicum pertinet, qui in conſervatione teſtamen-  
 torum vertitur, ne irrita efficiantur. l. vel negare. quemad. tes-  
 ta. aperi. qui licet in conſequentiam accedat, & ideo remitti  
 poſſe videatur. Barto. l. ius publicum. §. de pact. nu. iij. l. j. ſol.  
 matr. nu. xxv. tamen pro principali in materia diſpenſatio-  
 nis eſt. glo. l. illa inſtitutio de hære. inſtit. cum lex poteſtatem  
 teſtatori vſque ad dodrantem diſponendum ſolum preſtatit. l.  
 j. in princ. ad leg. Fal. Hodie verò lege Iuſtina aliud inductum

est: potestque testator expressim Falcidia deductionem hære-  
 di prohibere. §. si verò expressim. auth. de hære. & Fal. auth.  
 sed cum testator. C. ad leg. Fal. Et idè hæc deductio, hodie  
 aduersus expressam testatoris mentè nõ est, sed aduersus taci-  
 tã factum. c. Raynaldus. in fi. vbi Abb. de testa. Cuius rei rationè  
 hæc reddidit Bar. nempe, quia hodie periculum nõ est, vt  
 testamentũ efficiatur irritũ. l. si nemo. de reg. iu. l. eam quam.  
 C. de fideicom. cum repudiante herede, ius ad alios in testa-  
 mento honoratos gradatim deuoluitur. auth. hoc amplius. C.  
 de fideicõ. qui ipsi adire debent, & eorũ aditione confirmabi-  
 tur testamentũ, legatq; debebũtur, quæ aliã non adita hære-  
 ditate corrũissent. vnde apparet, \* nec hodie quidem valere le-  
 30 gata, nisi adita sit hæreditas. Et idè si testator disponat, vt le-  
 gata debeantur, etiam non adita ex testamento suo, vel ab in-  
 testato hereditate, frustra disponeret. glossa in fine. l. qui  
 filio. §. j. de hære. insti. vbi Imol. Quæ mihi receptor videtur  
 sententia, quam hic Alex. optimè defendit, & veram esse exi-  
 stimar, etiam si de libertatis legato ageretur, tanquam nec il-  
 lud quidem habeat effectũ, nisi hereditate demũ adita. l. mu-  
 hier. §. si quis hereditarium. de condit. insti. quod saluo adie-  
 ctionis beneficio ex diui Marci rescripto intelligendum. Inst.  
 de eo cui liber. causa. Nec me mouet Ias. argumentum in eo sã  
 tagentis, vt ostendat dispositionem Iustiniani, quæ legis Fal-  
 cidia deductionem prohibere posse constituit, ad hunc quo-  
 que casum extendi. Ias. d. l. eam quam. vers. decimus casus. numero  
 vt id verum sit, tamen semper ad eunda est hereditas ab his,  
 qui in ea lege vocati sunt. d. auth. sed cum testator. d. auth. hoc  
 amplius. qd R. uii. Crot. exteri recentiores hic rectè censuerũt.  
 Dixerit fortasse Ias. testatorem, qui ita disposuerit, videri li-  
 centiam legatarijs dedisse, vt ipsi, recusantibus hæredibus, ad-  
 eant, particularibusque legatis accrescat vniuersitas. d. auth.  
 hoc amplius. propter testatoris mentem. l. j. §. si ex fundo. §.  
 31 de hæred. insti. \* Sed quid in quarta respondebimus, quæ ex  
 S. C. T. deducitur? Et Bar. hic non posse à testatore eius deduc-  
 tionem prohiberi censuit. l. si vt allegas. C. ad legem Fal. d. l.  
 Titia. quia lex correctoria, de Falcidia vbique loquens,  
 ad hanc quartam extendenda non videtur. Nam & receptum  
 est, fideicommissa vniuersalia ea lege non sustineri, si hære-  
 ditas ab hærede rescripto non adeatur. quod Iaco. Beluis. rece-  
 ptiore sententia tradidit. Ias. d. l. eam quam. in quarto casu. in  
 fi. cum alio remedio fideicommissario consulatur: vt scilicet hære-

hæredem ad ad eundũ cogat. l. ille à quo. §. si. l. cogi. ad Treb.  
 Alij tamè aliter: quia de re nõs alibi. Doct. l. Marcellus. ad Tre.  
 Illud crebrius receptum esse constat, in filijs primi gradus, e-  
 tiam hodie nullam esse hæc testatoris prohibitionem. l. iube-  
 mus. in princ. C. ad Treb. quod eleganter Bal. censuit, & rece-  
 ptius videtur. Dec. consil. xxxj. ccxvij. Quid si filius nothus ea  
 conditione natalibus restitutus sit, ne quid aduersus volunta-  
 tem patris accipiat: an deducere quartam ex Trebelliano po-  
 terit? Et Dec. respondit posse, consil. ccclvij. quia prohibitus acci-  
 pere, non censetur verum retinere. arg. c. intelleximus. de iud.  
 Capra consil. xix. quem sententiam ego sequi non soleo. dixi  
 suprà in rub. de libe. & posthu. nu. xj. Ego enim fideicommissi,  
 si, ab ipso princ. successionem minuit. l. j. §. si hæres percepto.  
 ad Treb. Nunquid autem hæc deductio in codicillis quoque  
 prohiberi possit? à Bal. consultum extat, non posse. Bal. consil.  
 cccclxxiij. in ij. nos alibi disputauimus. in l. licet. verbo, dona-  
 32 tionis. vers. sed nunquid. C. de pact. Quarto queritur, \* an sta-  
 tuto testamenti infinuacionem requirenti, renunciari à testa-  
 tore possit. l. consulta. C. de testa. Et communiter traditum est,  
 non posse: quia legi prohibitiuæ renunciari non potest. glos.  
 fi. vers. item an potest. ad fi. l. prima. C. ne fideiũ. dot. Et quia id  
 statutum videtur factum, causa euitandarum falsitatum. l.  
 cõparatione. in princ. iuncto vers. etenim. C. de fid. instr. quas  
 non seruatis solennibus perperatas presumitur, arg. l. j. vbi  
 Bar. C. de fid. instr. idem Bartolus lege. Modestinus. numero  
 nono. de donatio. quæ causa publicum fauorem respicit. in  
 authen. vt sine prohibitione matres. in gloss. mag. in princip.  
 vers. sed nunquid. Quid si ex lege municipij aliquod vesti-  
 gal imponeretur? l. prima. in princ. C. de caducis tollendis.  
 vel idè apud archium infinuari municipes velint, vt sciant  
 etiã patrimonialia munera indicantur. l. immunitates. C. de  
 agr. & cens. lib. xj. pertinent omnes eæ causæ ad ius publicum.  
 quod quidem voluntate testatoris inuerti nequit. Quid si etiã  
 causa legitimi hæredis factum sit, à quo nolit lex spem succes-  
 sionis aliter quàm infinuatis professionibus auferri? arg. l. nec  
 ei. §. præterea. de adopt. vt iubeat apud officium census de-  
 scribi, vt sciri possit, an bona fideicommissio alicui subijciatur,  
 ne emptores ignari defraudentur? testamentum. l. consulta di-  
 ualia. C. de testa. l. fi. §. fi. de leg. ij. Et quod de testamento dici-  
 tur, idem in donatione est, cuius infinuatio necessaria est. Bar.  
 l. Modestinus. de dona. numero ix. ne aut ipsi contrahentes de-

cipiantur, aut creditores etiam futuri: néque cum eo tanquam diuite contrahant, qui clandestinis donationibus patrimonium iam exinanierit. l. data. l. donatio sine. C. de dona. Sed\* an iuramento confirmetur: & respectu donantis confirmari verius est, & receptus. Alex. consil. lxxxij. in fin. clviij. in fin. ij. vol. respectu vero creditorum secus est. c. cum contingat. de iureiur. quod alibi attigi. not. in l. pacta. quae contra. in col. v. versic. huc spectare. C. de pact. Nec distinguendum hoc casu videtur, an donatio ipsa sit iurata, an insinuationi cum iuramento renu- ciatum: semper enim subest eadem ratio. Sed quid si insinuatio ex forma statuti non sit necessaria in ipso actu, sed sufficiat si post aliquo tempus celebretur: Et hoc casu receptor est sententia, iuramento non confirmari. Franc. Cur. consil. xcv. lxxvij. in fi. & sequē. cum enim donationis infirmitas culpa donatarij proueniat, qui intra legitimum tempus non sit professus: non videtur id vitium iuramento emendari. arg. c. ad nostram. ij. de iureiur. quia solet iurandum, rebus sic stantibus intelligi. c. cum inter. de renunc. l. fin. qui satisd. cog. vidiq. sepius imē- ita ex facto responsum. quod Crot. & ceteri recentiores hic

34 probant. Quinto quaeritur, an possit testator facere, vt in fideicommissarium actiones, abiq. restitutione transeant: Et cō fiat ex legis nostrae regula non posse, aliquoquin non fuisset S. C. T. prouiso adeo necessaria. Bar. l. qui ita. §. j. ad Trebe. ij. oppo. versic. quia. Potest tamen fideicommissario concedere, vt propria autoritate bona apprehēdat. l. Paulus. infra, ad Trebel. vbi Doctor. Alexand. ibi. versiculo, item addit. transfereturque particularium rerum dominium. quod Ruinus censuit. Vnde consequens est, vt idem iuris concedere legatario quoq. possit. l. Titia. §. j. tit. ij. Nec videbitur hoc casu legatarius cum vitio rem habere, nec interdictio quorsū. bonorum possessionem restituere cogetur. Sicut enim ex contractu fieri potest, vt propria autoritate quis possessionē ingrediatur. l. ij. C. de pig. iuncta glo. si. abi. ita & testamento debet id testator posse, nec videbitur hoc casu legatarius in sua causa ius dicere. l. j. in princ. quo. leg. sed voluntatem testatoris exequi. sentiantque omnes, posse id non expressim solum, sed etiam tacita voluntate induci. cui rei aliquot adducunt exempla. Et in primis, si testator haeredi iusserit, ne legatariū in possessione prohibeat, seu ne tali domo arceat. Angl. hæc si res. de rei vend. Dec. consil. ccccxxij. Sunt & qui idem sentiant, si dixerit, vim fieri illi in tali re veto. argul. pen. §. j. de acquir. posse.

Rom.

Rom. singul. lxxxix. vt Bal. Rom. Alex. & alij tradiderunt. Ego vero dubito: quia qui agit interdictio quorum bonorum, non dicitur cuiquam vim facere. l. j. §. si quis. de via publ. j. §. fin. vt in flu. publ. Vnde videtur testator de vi intellexisse, quae contra ius & de facto fieret. q. j. verbo. de vi intellexisse. de statu. mon. non enim per huiusmodi verba credendum est voluisse testatorem iuri derogare. l. factum. §. j. de regl. iur. l. si praeses. de poen.\* Vnde qui grauius est vxorem non inquietare, seu molestia afficere, ab ea tantum abstinere debet, quae contra ius, & malo animo inferretur. glo. l. si feruum. §. pretor. versic. si quis igitur. in verbo, non videtur. de acquiren. haered. Alexand. ibi. in versic. adde quod etiam si d. l. quod de bonis. §. j. Verius est igitur, his verbis interdictum adipiscēdū nō impediri. Quod si Falcidia locum esse allegetur, promptius est, vt eo casu communem sententiam sequar, quaestionemq. momenti sopitam credam. Nam & is cui per vendicionem, vel sinendi modum, legatum erat, propria autoritate accipere poterat, vt Caius ait. Bartol. l. ij. C. com. de leg. in prima oppo. Et tamen si Falcidia locus esset, interdictio tenebatur. l. prima. §. si quis ex. versic. qui verò. §. quorum leg. Idem censuit las. cum

35 testator iussisset, vt fundus liberē legatario relinquereetur, dictio enim, liberē, videtur intelligenda, vt eo nomine inquietari quis non possit, quia licentiam non acceperit. gl. c. cum plures. verbo. liberē. de off. deleg. in vj. Quae sententia probabilis est, nisi cum verisimile ex coniectura esset, intellexisse testatorem, vt res nemini obligationis aut seruitutis iure affecta traderetur. l. Mauius. §. fundo. de leg. ij. Raph. consil. cxiiij. Antonius. quod ex facto Raph. Com. respondit, & Crotus Ruinusq. sequuntur. Idem si testator rem legatum precario legatarij nomine se tenere constituisset: quāuis enim in re propria precarium non valeat. l. neq. pignus. de reg. iur. tamen declaratur testatoris mens, e possessionem acquiri volentis. l. si. iuncta gl. fi. de rebus eo. Nec dubium est, quin possit testator legatario possessionem etiam viuens tradere. l. Lucius. j. tit. j. quod Bal. & alij recentiores prodiderunt. Idem censuit Bar. quem ceteri sequuntur: cum testator instituit filijs, vxorem dominam maciarium fructuariumq. reliquit, nam propter verbum, dominam, videtur ei licentiam dedisse, vt ex consuetudine vulgari, propria autoritate possit alimenta accipere. Bart. d. l. Titia. §. si. numero ij. Cui sententia conforme est, quod ex facto respondit Dec. consil. ccccxxij. quoties testator propter haereditatem

etatem, alium administratorem reliquit, eique legat, videri concessisse, vt sibi ipsi soluere legatum administrator possit. l. fistulas. §. fundum. de contrah. empt. ne ei prohibitum videatur quod erga alios est mādatum. Vnde consequens est, vt idē sit quando is legatarius, exequutor quoque relictus est. lac. lo. Andreas, Alex. lac. ceteri existimant. Amplius Dec. prædicto responso procedere quoque ait, tametsi plures exequutores testamento scripti sint, nihilominus poterit is a seipso legatum accipere. Sed quid si legatarius, dubitans ne hæres rem legatā sibi tradere detrectet, adhibito exequutoris consensu accipiat, & puto id licere. lege. fina. §. final. C. de iur. dot. impetr. lege, si quis prohibuerit. lege. papinianus. de Publicia. dummodo non excedantur a testatore præfixi limites, sed ad vniquem obseruentur. Quod si hæres probabile damnū al-leget, quod sibi aduersus legis, vel testatoris mentem insignatur, secus esset. Bartol. l. alio. col. peni. numero xix. vers. sed si non vult. de ali. leg. Idem censent omnes, quoties testator nō solum rem Titio legauit, sed in ea se heredem eum instituere affirmavit. Adiectio enim hæredis, indicat datam ei licentiam, vt à seipso accipiat. Bart. l. ex factō. col. ij. de hære. insti. versic. 37 quid ergo dicemus. \* Sed quid si testator prohibuit fundi alie nationem, quia voluerit in familia perpetuo remanere, an cōseatur in casu alienationis, manus iniectioem proximiori concessisse? Et putarim censeri. glo. auth. vt de cate. commut. verbo, licentiam. Doct. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. de verb. 38 obl. Sanct. illud dubium non est, hanc rei apprehendendā facultatem, ab ipso hærede concedi legatario posse, non solum expressim, sed etiam tacite. Dec. consil. cccc. xvij. Vt si sciens rē ab eo apprehensam, nullam ei controuersam longo tempore mouerit. argumento l. si. C. com. diui. iunctā gl. j. vers. item ratione temporis. vbi not. Vel si vnā cum eo de re legata in instrumento erga aliquē quiequam egerit. l. cum pater. §. libertis. de legatis secundo. quod & alijs coniecturis elici potest. Sunt enim & qui putent heredem, qui verbo fideicommissum restituit, videri licentiam fideicommissario dedisse, vt propria autoritate possessionem apprehendat. Bar. l. cum solus. ad fi. de vfuca. p. vers. tertio casu. ibi, nam eo ipso quod. l. a. 39 cel. l. centurio. col. xxij. de vulg. \* Sexto in ea quaestione hæsitatum fuit, an remittere testator inuentarij cōsecutionem possit. Et si de inuentario loquamur, quod hæres facit, ne supra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs teneatur. l. fin. C. de iur.

jur. delib. censent Doct. non posse creditorum respectu: non enim illorum causam factō testatoris deteriore fieri æquum est: respectu verō legatariorum, magna est altercatio. lac. Bald. Crot. idem esse censent. arg. l. pen. C. vt in pos. leg. & ex factō respondit Ancha. consil. ccc. lxxv. At Castr. Alex. Aret. ceterique recentiores malunt valere remissionem. arg. l. cum tale. §. j. de cond. & dem. vbi Castr. & non permitendum legatario aduersus testatoris iussu, de hæredis in non cōficiēdo inuentario negligentia excipere. Cum enim testator hanc necessitatē remiserit, nihil est quod lex dolū præsumat. l. qui cum maior. §. si. de bo. lib. cum sententiam & ipse sequor. vt tamē si probetur alia ratione ab herede cōmissum dolū, non sit id illi imputādū. Qua ratione pōt inhibere testator, nō solum ne cautionē aliquā ab hærede accipiat, sed etiā ne eū ad cōficiendū inuentariū cogat. argumento legis tertiæ, & quartæ. vt in pos. leg. C. alioquin potest fideicommissarius cogere heredem, vt illud faciat, ne res interuertantur, & vt eueniente conditione citra alias tricas possit liquere, quatenus restituendum sit. argumento l. j. §. pe. ver. curatore autem. de ven. in pos. Alex. consil. lvij. col. pe. ij. vol. Lancel. l. centurio. col. xxxvj. Et hinc inferitur, valere quoque remissionē inuentarij, quam tutori testator facit, non solum quando expressē ei prohibuit ne faceret. l. si. Carb. tut. iōā. And. in Spec. de tut. §. generaliter. vers. hoc autem. Angel. §. præterea. secundo. Institi. de exceptio. colum. xxij. in versiculis. secundo potest opponi, quod non fecisti inuentarium. Saly. d. l. si. quod Aret. Crotusque; hic tradiderunt. Sed etiam si simpliciter facta est remissio. glo. l. tutores. verbo, publicarum. C. de administratione tutorum, quod recte & ex ceterorum sententia las. docuit. Subest enim semper illa ratio, vt remisisse contemplatione pupilli videatur, cuius patrimonij secreta noluerit aperiri. l. ij. C. quādo & quib. quar. pars. Nec accipienda est præsumptio, qua actus subuerteretur, si solius tutoris fauore id actū diceremus: non est id verisimile, cum semper præsumamus patrem vtilius filio consilium ap probasse. l. nec in ea. §. j. de adult. Vnde si iudex viderit magis expedire pupillo, vt inuentarium instituat, poterit adigere tutorem ad illud cōficiendum. l. vtilitatem. l. in confirmando. de confir. tut. vt hic omnes tradunt. Quod intelligendum, cum talis causa subest, quam si testator sciuisset, verisimile sit non fuisse eam necessitate remissurum. Raph. Corn. auth. cōtra. C. ad Treb. licitum enim iudici est, vt à iussu testatoris recedat



cedat, quoties cum ex tali causa non ita iussurum fuisse arbitrat. Aret. consil. xxi. Idem generaliter, quoties constaret testatorem malo consilio vsuū, si tamen ætate minor sit. l. ij. §. si parēs. vers. seq. de adm. tut. vel si de publico fauore agatur. Alioquin non temere debet iudex ab eo recedere, quod in re sua testatori placuit. l. C. de tu. & cu. illu. form. vbi Bal. Querit idem Bar. an exceptioni simulationis contractus renunciare partes possint. Sed hanc ego questionem alibi à me disputatam hic omitto. dicit in l. cum ea. C. de transact. & in c. contingat. de iurei. quoddam legis nostræ materiam, quæ de testatibus loquitur, nihil pertinet. Melius ergo ad propositum  
 40 argumentum ea quæstio facit, an possit testator sicut alienationem, ita & rei sue vsucapionē prohibere. & non dubitauerim posse. l. ij. C. de vsucap. pro emp. Bar. l. vbi lex. j. de vsuca. vers. idem si contra voluntatem, quod alibi attingemus. Vnde satis apparet principaliter fauore publico vsucapionem inducunt non esse, alioquin ei nec à testatore quidem impedimentum afferri vllum posset. l. quod de bonis. §. j. ad leg. Fal. sentitque id Dyn. & non pauci alij, qui pacto renunciari posse præscriptioni existimauerunt. Sed Bar. contrā censuit, quam ego quæstionem apud pontifices diffusus disputauī. in rub. extrā, de præscrip. In præsentia id solum dicam, nullum hac in re esse operæpretium. Si enim de præscriptionibus x. vel xx. anno rum loquamur, quæ bonam fidem requirunt, l. hæc autem. de ser. rust. præd. dubium non est, tali pacto eas impediri: cum in mala fide, constituat possessorem, idque Bartol. hic fatetur. l. j. de vsucap. nu. ij. Quod si de præscriptione loquamur, quæ in odium non petentis introducta est, trigintaque annis perficitur, nec bonam fidem requirit, probabilis fuisse olim quæstio. l. iij. §. si viam. de vsucap. Verum hodie eū in ea quōq; necessaria sit bona fides. c. si. extrā, de præscrip. apparet idem quod in alijs esse. Merito igitur dicendum est, id pactum saltem aliquo ductu impedire, quominus sit vsucapionis locus. quod & Fabianus consuit, in tractatu de emp. q. vij. vers. iij. & recentiores hic probant. R. uī. Crot. hic. & ex facto Fulgo. Siculusq; responderunt. Fulgo. consil. cxliij. Barba. n. colum. x. Quibus autem verbis censetur id actem, ne vllō tempore præscribatur, hic aliqui disputant, & nos alibi attingimus. l. petens. C. de pact. col. ij. habebitq; vires hæc conuenit, non solum aduersus principalem, sed etiam aduersus quæcunq; qui ab eo causam habuisset, quatenus tamen uellet auctoris sui administris, id

id est, eo titulo se adiuuare. Bal. d. authē. Alexan. l. Pompo. §. cum quis. in vltima limit. de acqui. possess. Vnde si de seruiturum vsucapione ageretur, secus esset, cum in earum præscriptione titulus non sit necessarius. l. si quis diuturno. si seru. v. di. quod Barto. hic sentit, nu. xx. vers. in illis vero. & alij probant. Querit postremò Barto. an pacto caueri possit, vt à sententia arbitri appelletur. Etenim sciendum est, à sententia arbitri nō appellari, cuius rei illam rationem lex adducit, quia nec iudicati actio inde prestari potest. l. j. C. de arb. cum enim iure publico sententia à magistratu lata in iudicatum transeat, executionemque mereatur, inuicta est appellatio, quæ interim pronunciatum impediatur. l. j. in fi. ad Turpil. nec enim simplici contradictione potest victus ius publicum impedire, sed oportet, vt appellacionis remedium vsutur. Cum ergo sententia arbitri ea ratione in iudicatum non transeat, quia priuato iuri inicitur. l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iud. merito inanis & superflua tali casu esset appellatio: vt me parum mouerint quedam Ias. argumenta, quosdam casus referentis, quibus appellatio conceditur, cum tamen actio non detur. l. cum antea. C. de arb. alia enim ratione in illis non datur actio, quam quod priuato consensu iudicium consistat. Excipiuntur à suprascripta conclusione quinque casus, quibus appellacionem concedi Barto. censuit. Primus est, cum compromissum absque pœna factum est, quo casu lapsis decem diebus lex actionem in factū ex laudatino cōcedit. d. l. cum antea. C. de arb. cum enim à sententia, vnde actio non quidem adhuc orta, sed oriri speratur, licita sit appellatio. l. ij. §. biduum. quādo appellatum sit, consequens est, vt hoc quoque casu idem dicamus. Sed hanc opinionem Doct. communiter improbat, quia lex actionem non concedit, nisi ex sententia que nō displiceat partibus. d. l. cum antea. in princ. at proposita appellacione, satis ostenditur sententiam non placere, ideoque appellari iudicem qui corrigat, quod iniuste actum est. l. j. de appell. Quod si *inopertis*, id est assensus, accesserit, nō poterit amplius appellari, ne circa eandem rem approbatio improbatioque vertatur, licet circa diuersas quandoq; id tolerari possit. l. ij. §. falsus. rem rat. hab. Addo ego, actionem, quam post decem dies lex concedit, nō ea causa dari, quod iure publico sententia in iudicatum transeat, alias non simplici contradictione, sed appellacione opus esset, vt merito ratio prohibita adhuc militet: ideoque simpliciter non actio iudicati appellatur. gloss. d. l. penul. verbo, nomine,

glo. quart. in versu. vel potest. in l. prima. eo. titu. C. de arb. sed generali nomine, in factu. Nam & haudquaquam verisimilis est Bart. interpretatio, qui si victus ante decem dies appellat, existimat ita accipiendum, approbo sententiam tanquam lata, appello tanquam non bene latam. d. §. falsus. vbi Barto. nam hac ratione censetur hic viam elegisse sibi deterioiorem. l. iij. §. de test. mil. Et feret aduersus ipsum in re ambigua interpretatio. l. si quis intentione, de iud. qui si simpliciter contradixisset, tutus erat: quia appellauit, ad observationem fatalium tenebatur. Bal. Paul. Cast. l. j. C. de arb. aliis in iudicatum transibit

42 sententia. Alter est casus, cum pacto quidem compromissum est, adiecta q; per stipulationem poena, sed actum, vt rato manet re pacto, poena committeretur. tunc enim inquit Bar. videntur duo copromissa esse: alteri poenale, alteri abq; poena. gl. j. in l. ij. C. de arb. at §. vidim\*, ex eo q; sine poena est, post *triplicem* dari actionem. d. l. pe. & consequenter appellari quoq; posse, sed supra conclusimus, haudquaquam permitti appellationem. Nunquid vero actio detur, articulus est dubius. Verum ego sententiam Bar. sequor, quae & receptor est, in l. ait praetor. de re iud. apparet enim ex tali clausula manifesta compromittentium mens esse, vt per adiectionem poenae non minuat laudatiui effectus, sed augeatur potius: est q; actus per huiusmodi clausulam efficacior, quam si, ea non adiecta, per stipulationem quoque compromissum fuisset. tunc enim altero contentus stipulator esse deberet. l. praedia. de actio. empti. l. cum proponas. de transactio. vel poena, vel eo quod consecutus actione ex stipulatu esset, quae ad id quod interest competit. l. diem proferre. §. fin. de arb. Fulg. d. l. penul. Vnde tunc ex sententia arbitri, nec actio, nec exceptio oritur. quod Bartol. Fulg. caeteri tradiderunt. Tertius est casus, quando autoritate statuti actio laudatiuis tributa esset, tunc proculdubio appellari possent: quae sententia receptissima est. glo. d. l. ij. l. arbitro. qui fat. cog. vbi glo. si. in prima parte. Fel. c. ex tenore. col. pen. de reser. versu. fallit. Ego q; eam sequor, quoniam lex actionem statim concedens, videtur iuris publici fomentum illis addere, ne in priuati consensu finibus constituisse res videatur. Qua ratione & ab executore quandoque appellatur. l. ab exequutione. C. quorum appel. qui licet iurisdictione careat, autoritate tamen iudicantis exequitur. c. super questione. in prin. ver. nos autem. de offi. deleg. Nec me mouet, quod hac ratione statutum eo inductum sit, vt maioris vim laudatiuis tribuat.

in contrarium verteretur, si appellationem concederet, vbi alius esset vetita. lege, legata inutiliter. supra eodem. Quia hoc ex quadam consequentia procedit, quae ex legis veteris aequi paratione propter extensionem passiuam inducitur. l. cum ex oratione. in fin. de excul. tu. Bal. l. quod fauore. oppo. vij. C. de leg. Adde not. Decij doctrinam in d. c. cum venerabilis. nu. xix. versu. tertio. contra Bar. vnde inferit, vt conditio ex statuto, quae hoc casu pro sententia arbitri detur. l. j. §. de condit. ex leg. naturam actionis iudicati assumat. Quartus est casus, cum arbiter non pacto priuatorum, sed a iudice datus est. d. l. arbitro. in fi. qui fat. cog. quod quomodo fiat, aliis docui. lib. ij. Paradox. c. v. Idem si a lege iustus est. l. fi. C. de iud. vbi Doct. c. ab arbitris. de offi. del. in vj. vt cum necessario autoritate statuti electus est, puta inter consanguineos, vel vicinos. Sunt & qui autoritate iuris Pontificij confirmari arbitrorum notionem putent. glo. ij. q. vj. a iudicibus. c. ij. de arbit. & ideo eo iure distincte appellari. quod hic Alex. docet. Iure enim canonico a quolibet grauamine coeceditur appellatio. c. super eo. vbi Dec. ij. not. de appell. c. fi. ij. q. vj. & vel ex pacto nudo agi potest. Ego non de appellatione, sed reductione quadam sensisse Pontifices arbitror. Quintus est casus, quoties pacto conuenit, vt ab arbitro appellari possit: tali casu si laudatiuum sit tale, quod actionem pariat, res est clara, quia pactum cum iure communi concordat. l. si ita stipulatio. de verb. obli. si non pariat, sed solo metu poenae ei stetur, erit tamen appellationi locus: non quidem proprie, nec enim rescindere iudicatum potest. d. l. j. §. si ad Turp. cum nihil sit iudicatum: sed improprie: vt appellatio pro quadam reuisione, seu ad superiorem magistratum reclamacione accipiatur. Secundum quam interpreta tionem, & Bar. sententia in primo casu defendi potest. Nam &

43 quod alibi Bar. ait, ab arbitratorum appellari posse. l. fi. col. pen. vj. de appell. recip. sic intelligendum existimo, vt non de appellatione proprie accipias, sed de reclamacione quadam extraiudiciali, quae vim remissionis habet: etenim reductio ad arbitrium boni viri, & appellatio aequiparantur, similes q; sunt. l. non distinguemus. §. cum quidam. de arb. Sed nunquid valeat pactum, per quod huiusmodi reductioni renuncietur: Et si al legetur dolus arbitratoris, qui expressae, vel re ipsa, puta enormiter laeserit, aint omnes non valere. Barto. l. societatem. §. arbitratorum. nune. xxij. v. versu. inest ergo. pro soc. Dyn. regula scienti. de reg. iu. in vj. versu. item videtur facere. quia dolo fituro

turò renunciari non potest, effectq; id quoddam incentium ad delinquendum. d.l. conuenire. Nec adhuc inuenta est probabilis cautela. qua pactum sustineri possit. Cepol. cxvii. Ferracius viij. Putarim tamen aliquo ductu impediri hanc remissionem posse: vt si actum sit, ne redictio impetrari possit, nisi prius depositis penes sequestrum centum aureis, qui lucro vitioris cedant. glo. d. l. c. i. m. antea. v. verbo, nomine. idque exemplo sponsonis & sacramenti, quæ in vsu apud veteres erant: vt ex M. Varrone, & M. Tullio didicimus. vt si conuenit per huiusmodi petitionem non tardari laudatium exequutionem. c. de bitores. de iurei. l. j. §. & parui. vbi Bart. nu. viij. qd vi aut clâ. Sic videm<sup>9</sup> in iudicio possessorio olim factum fuisse. l. j. C. si de mo. poss. l. i. app. vt si pro possessore arbitrator iudicauerit: videtur tunc æquus, vt victus de dolo contra arbitratorem agat. l. f. si menfor sal. mo. l. pe. C. de pact. versi. omnes. quàm vt victus aduersus promissionem inquietet: nec enim inmoderate læditur, qui saluam actionem contra arbitrum habet. l. arbitrio. §. pe. de do. qui que non est priuatus possessione, quã non habebat, nec dolo impunitus manet, cum salua contra dolum sit actio. Vt si ante prolata sententiam partes protestentur scire se quid pronunciaturus sit arbitrator, omneq; illud ap probent. l. j. §. si quis ante. à quib. appell. nõ lic. vbi Ang. Perig. 4 nec enim sciẽti fit dolo. c. sciẽti. de reg. iu. in vj. cõselsio; sciẽtia illis preiudicat. j. C. de cõf. not. l. i. dari. de verb. obli. vbi dixi. nisi probeatur contrariu, id est, nõ ostẽsum, neq; relatum prius fuisse illis laudatium, quàm pronunciatu fuerit.

## MARTIANVS. LEX CXVII.

## §. Diui.

**D**ui Scuerus<sup>a</sup> & Antoninus rescripserunt, eos qui in testamento vetant quid alienari, nec causam exprimunt<sup>b</sup> propter quam id fieri velint: nisi inueniatur persona, cuius respectu hoc à testatore dispositum sit: nullius esse momenti scripturam: quasi nudum præceptum reliquerint: quia talem legem testamento non possint dicere. Quod si liberis<sup>c</sup> aut posteris,

aut

aut liberis, aut hæredibus, aut alijs quibusdam personis consulentes, eiusmodi voluntatem significarent: seruandam eam esse: sed hæc neque creditoribus, neque fisco fraudi esse. Nam si propter hæredis creditores testatoris bona venierint: fortunam communem fideicommissarij quoque sequuntur.

## SVMMAE RERV M.

- 1 Alienationis prohibitio, utrum ual<sup>12</sup> Sententia contra heredem lata, non nocet fideicommissario. leat. s. 6. & per totum.
- 2 An heres fideicommissarij reser<sup>19</sup> Prohibitio in rem & in personã, citre teneatur bona, que a credito<sup>10</sup> ribus, nisi fisco subacta sũt. Dos, ex re prohibita alienari, uolum<sup>11</sup> trum solui possit. & 24.
- 3 Appellatione alienationis, quid ac<sup>13</sup> cite ueniat. Fideicommissum proprie quid sit.
- 4 Que dicantur ad fiscum non per<sup>15</sup> Legitima filiorum accipi potest ex bonis alienari prohibitis.
- 6 Prohibitus alienare, an saltem le<sup>16</sup> gitimam alienare possit. Trebellianica ex bonis alienari prohibitis deduci non potest.
- 7 Prohibitio alienationis sub condi<sup>17</sup> tione facta, an ualeat. Prohibitio alienationis, an ecclesiam comprehendat.
- 8 Prohibitio alienationis facta ad<sup>18</sup> certum tempus, etiam respectu legitima ualeat. Favor filiorum, præfertur favori ecclesie.
- 9 In dubio onus censetur potius in<sup>19</sup> iunctum hæredi, quam legatario. Alienationis prohibitio in contractibus facta, utrum ualeat: ubi exemplum extat in emphyteuta, proprietario, & conductore.
- 10 Nudum præceptu utrum ualeat.
- 11 In ultimis uoluntatibus, taciti & expressi par uirtus. Dominium quando absque traditione transferatur.
- 14 Vtrũ emptori ex iusta causa igno<sup>31</sup> ranti succurratur. Quando pactum de non alienando, seruandum sit.
- 15 Alienationem rei hæredis, testa<sup>32</sup> tor prohibere non potest. Prohibitio alienationis ab arbitro facta, an ualeat.
- 16 Non incidit in penam, qui neces<sup>33</sup> sitate ductus alienat. Appellatione alienationis quid ueniat.
- 17 Prohibitio alienationis, rei iudic<sup>34</sup> eata auctoritatem nõ impedit. Appellatione uõditionis, an omnis alienatio continetur.

G 2 Quæ

- 35 Qui vendere non potest, nec dona  
re, nec ad longum tempus loca  
re, uel instituire, uel permuta  
re potest. nu. 18.
- 36 Qui potest uendere, nō potest obli  
gare, ut tutor.
- 37 Mulier uendere & donare potest,  
fideiubere non utiq.
- 38 Prohibitio alienationis facta filijs  
an ad nepotes trahatur. usq. ad 46.
- 39 Patrimus magnus, an excludat ne  
potem.
- 40 Legatum filio in futurum casum

**D**IV L. \* Nuda prohibitio alienationis non valet, nisi ex  
causa, & respectu certæ personæ. quo casu fideicommissum  
inducit, citra tamen hereditarij creditoris, aut fisci præiu  
diciū. Sed nūquid si potest alijs ex bonis eis satisfieri, adhuc  
hæc in fideicommissi euerfionem accipiens? Et si hypothecam  
non habeant, constat non posse. l. pater filium. in princ. §. tit. ij.  
Bal. l. si. §. & si præfatam. q. iiii. C. de iure delib. si verò habeant.  
& iure creditoris accipiant, seu vendant, secus est. l. j. C. ad.  
2 vend. pig. \* Sed an heres, loco horum bonorum teneatur fidei  
commissijs tantumdem præstare? Et si fideicommissum ad  
piam causam pertineat, non est dubium teneri. l. legatum. de  
usufr. leg. Bal. l. f. C. si a duer. vendi. pig. Idem tamen putave  
rim, etiam erga quemlibet alium, cum sit quod imputetur hæ  
redi, qui rem nō luerit. l. si res obligata. §. eo. Vnde & cogi po  
terit à fideicommissario ad canendum l. hæc stipulatio. vt leg.  
no. ca. ne iure creditoris rem accipi sinat. & ex his sequitur, vt  
cum filius pro legitima hypothecam nullam habeat. Socyn.  
l. si ex toto. §. eodē. dixi §. l. j. in fi. nō possit ad huiusmodi bona  
manus extendere. si tamē aliunde ex substantia patris habet, qd  
portioni fidei sufficiat. l. scimus. §. repletionem. C. de inof. test. fol  
lūm ergo extendet, quatenus alia bona nō sufficiant. quod &  
Pau. Cast. respondit, & Ias. hic probat. Ias. hic not. in. fin. Sed  
quod de fisco dicitur, maiorem habet dubitationem, quomo  
dō intelligendum sit. & Accur. censuit, non nocere fisco hanc  
prohibitionem, cum ei à defuncto aliquid ex causa tributō  
rum, vel alia deberetur: qui sensus reddit superfluum fisci men  
tionem. cum enim dictio, creditorum, quemlibet comprehen  
dat

dat qui creditor sit, siue ex onerosa, siue ex lucratiua causa. l.  
creditores. l. seq. de ver. sig. satis fuisse eorum mentionem fa  
cere. Vnde fortē verius est, hic probari bona à testatore vetita  
alienari, propter delictum tamen publicari posse. \* quia non  
est verisimile testatorem, appellatione alienationis, de hac ne  
cessaria intellexisse. l. peto. §. prædium. §. titu. j. sicut nec de es  
intelligitur, que per successorem ab intestato fit. l. cum pater.  
§. cum inter. §. ut. j. Vnde quibus casibus extranei ab intestato  
aduersus hanc prohibitionem admittentur. Bar. d. l. peto. §.  
fratre. isdem fiscum admitti credendum est. Suadet hoc & ra  
tio legis nostræ, quatenus prohibitio dicit non valere: quia  
non licet testatori talem legem dicere, vt merito huiusmodi  
testatoris præceptum, fisco præiudicat. Sicut cum bona ob  
dicti correctionem, non vt commodum fideicommissario faciat,  
publicari iubet. nec hic vllum est fideicommissarij damnum.  
Bar. l. cum qui. ff. de interd. & releg. cum fiscus solum pro eo  
tempore bona retineat, quo reus ipse tenuisset. d. §. prædium.  
Qua ratione & feudum antiquum publicari posse Pont. Imol.  
Alexan. censuerunt. nec probabile esse proximi agnati præiu  
diciū. Alex. l. si finita. §. si de vectigalibus. col. xij. de dam. infe.  
verfic. ij. & in contrarium. Nam & in fideicommissio expresso  
dubium non est, eatenus confiscationi locum esse, quatenus  
reus viuat. l. Statius. §. Cornelio. de iure fisci. l. cum pater. §. hæ  
reditatem. §. titu. j. & tamen in eo tacita subest alienationis pro  
hibitio, vt merito idem & in expressa sit credendum. Senitq;  
hoc disertē Oldra. quod & Cast. & Rui. tradiderunt. Rui. hic,  
col. xix. Oldra. conf. xvij. Senit & Arc. Iure. dum prohibitio  
alienationis ad eam trahi non debere scripsit, que ex delicto  
fieret. l. §. j. de reb. eorum. Quam sententiam nec Bar. impro  
bat, nisi cum is, cuius fauore facta erat, præsens commodum ca  
piebat, vt pater qui usufru. in bonis filij habet. Bart. l. si quis  
in tantam. C. vnde vi. & in d. §. si de vectig. col. fi. At in casu no  
stro, fideicommissarius commodum præsens non habebat, sed  
habiturum se sperabat. Non me latet ab Alexand. aliud diffu  
sum responsum extare, tanquam fiscus omnino etiam viuente  
reo sit excludendus. Alex. cons. xxiiij. in j. & l. si constante. §.  
quoties. §. fol. mat. Quam sententiam solent recetiores sequi,  
defendique potest, cum testator dixisset, commedō tibi tales  
seruos, ne alicui alij seruiant. l. imperator. de fideicom. lib. Vi  
detur enim his verbis non tam alienationē prohibuisse, quam  
commoditati ipsorum seruorum prospexisse. l. generaliter. §.

si petitum de fideicom. lib. cui locus esse debuit, quamvis neglectus non fuerit testatoris iussus: vt quia alienatio ex necessitate per confiscationem fit facta. cum enim regulam constituerit, vt nemini seruirent, à qua solum heredis personam excepit: consequens fuit vt fisco ex regula excluderetur. l. nam quod liquide. §. final. de pe. leg. Adde quod nihilominus illi ferui in fisco trāsunt, licet eos manumittere teneatur. l. j. C. de his qui à non dom. Cum tamen constet rem à testatore prohibitam alienari, in emptoris dominium non transferi. l. cum pater. §. liberis. j. titu. j. vbi Doct. \* Sanè publicatis cuiusque bonis, extingui vltimr. constat. non autem ad fisco, donec reus viuat, transferre. Bal. Salic. l. prima. C. de bo. que lib. quia & hoc casu de iure personali agitur, quod nec ad heredem quidem transit. §. finitur. Insti. de vssit. tantum abest, vt fisco qui particulariter succedit, admittatur. l. j. §. an bona. de iure hif. Sed quid si testator expressim prohibuerit, ne bona in fisco transferantur: sed delinquente herede ad talem pertineant: & satis crediderim excludi fisco. argu. l. sed si mors. §. j. de do. inter vi. Potuit enim testator rei suæ legem imponere, nec ipse fraudem fisco facere videtur. l. codicillis. §. matre. j. tit. j. qui nihil deliquit, imò delinquentem heredem, quod in se est, bonis suis multat, & ad alium transfert. argu. l. non impossibile. vbi Bal. §. de pact. qua de re alibi in l. post. contractum. de don.

b N E C causam exprimunt. \*) Prohibitio ergo alienationis, absq; causa nõ valet. l. pater. §. Iulius Agrippa. j. tit. ij. cuius conclusionis duplex hic adducitur ratio. Prima est, quia videtur id præceptum esse nudum, vt non causa attingedi heredem factum sit, sed ei potius consulendi. l. cum pater. §. mado. j. titu. j. vnde tanquam consilium non obligat. l. ij. in fi. manda. quin possit hæres fauori suo renunciare. l. potest. j. ad legem Falcid. Ex hac tamen ratione videretur in speciem saltem & prima fronte valere, donec ei fauori heres renouauerit. arg. d. §. si petitum. vers. ceterum. & l. ij. C. qui non poss. ad lib. vbi Salic. Alia ergo est efficacior ratio: nepe quia ius testandi, id est, de re sua disponedi in casum quo sua nõ sit, ex dispensatione legis procedit. glo. l. illa institutio. §. de hered. insti. quod maximè in fideicommissis locum habet, vnde ante diuum Augustum nullus eis effectus erat. Insti. de fideicom. hered. in prin. is igitur vires illis tribuit, quoties testator aliquid in commodum alicuius statueret. l. quintus. de annu. leg. cum ergo quis prohibet rem alienari, nihil agit: quia heredi nocet, dum effectum do-

minij

minij impedit. Bar. l. si quis vi. §. j. de acqui. possess. & cuiquam non prodest, merito hic dicitur nõ posse testatore hanc rei suæ legem imponere, sed nullius momenti esse. Et ex his sequitur, vt vbi prædictis rationibus locus non sit, supra scripta conclusio non procedat. quod varijs casibus interpretres hic ostenderunt. Et in primis, si testator prohibuerit rem alienari, que alijs etiam iure communi non poterat, valebit præceptum, vt nec in casibus quidem exceptis, alienari possit. §. sanctissimas. athen. de alie. & emph. Bal. Alex. Raph. Imol. Moder. hic, non enim dicitur prohibitio nuda, cum causam à iure communi indutam præ oculis testatoris fuisse, credendum sit. Bar. l. hæredes. §. cum ita. ad Treb. extenditur; ad casus exceptos, vt aliquid operetur. l. si quando. §. eo. & quia lex facilius dispositionem suam limitat, quam testatoris. glo. l. j. C. si aduer. vend. l. l. j. §. nunciatio. vers. iij. de op. no. tameti hac in re friuole dissentiat Crot. \* nam & Salic. si in traditione fundi totalis conuentum sit, ne alienetur tale pactum, interpretatur etiam in casibus quibus alienari poterat. Salic. l. ea quidem. C. de condi. ob causam. Soci. consi. lxxv. col. j. in prin. Sanè censuit Areti. re ecclesie tali lege datam, adhuc alienari posse, cum manifesta vtilitatem ea alienatione consequeretur. Aret. consi. xxij. col. ij. Sunt qui idem sentiant, cum vrgente magna necessitate sit re alienatio. c. verum. de condi. appo. vbi loan. And. gloss. fin. Sed & hic articulus valde controvertitur iuris est, quod Alexand. ostendit. Ego coniecturis locum hic esse arbitror: vt attendamus an verisimile sit, eum qui dedit, voluisse prohibitum obseruare, etiam si maximum ecclesie lucrum impediretur, etiã si ardua necessitas vrgeret. l. vtilitatem. l. in conformando. de consir. tut. Sed quid si iuris communis solennitas indigentia Potificis remissa sit? sunt enim aliquibus in locis hospitalium præfati, quibus permilla est alienatio. Et putarim hoc casu satis esse, si prohibitio secundum ius commune intelligatur, vt ex euidenti vtilitate, vel necessitate distrahi res possit. argu. c. ad audientiam. de cle. non resid. Rursus valet præceptum, quãdo aliquibus verbis constaret prohibitionem fauore coheredum factam esse: vt quia pluribus instituit vetuisset domos suas alienari, & adiecisset manere eas firmas, & integras per omne tempus illis velle. l. penul. §. instituto. j. titu. j. adiectione enim illa indicat voluisse testatorem, eos mutuo fideicommissio operare. l. pater. §. quindecim. j. titu. ij. sicut si adiecisset, vt in familia retinerent. l. cum pater. §. libertis. j. titu. j. Quod si ni-

G 4 hil

hil prohibitioni adiectum sit, censet hic Accur. glo. j. præceptum esse nudum, nec ideo co sustineri, quod pluribus factum sit. Quâ sententiâ aduerfus Imol. oēs ferè hic probant. Imol. d. §. libertis. quod & procedere censuit Bar. si dictum esset, vt successioni suæ reseruent. cum enim possint sibi eligere quos hæredes velint, nullum est fideicommissum. d. l. pater. §. pen. 7. tit. ij. Secus si iussisset res certis personis referuari. d. l. pater. in princ. Idem credendum, cum testator vni hæredum prohibuit alienationem, subiecitque si contrafecerit, eum se priuare. l. vxorem. §. hæres. 7. tit. ij. videbitur enim fauore cohæredis hoc factum. quod si cohæres non adest, legitimus intestati hæres admittetur. argu. l. peto. in prin. 7. tit. j. quod Ang. re spondit consi. clxxvij. Mod. hic. tamen idem hac in questione sibijpsi parum constat, vt qui alibi responderit præceptum ceu nudum nõ valere. quem Ias. hic sequitur. Ang. consi. clxiiij. Ias. hic viij. limit. Sed ego priorem sententiam probor: siquidem receptissima est conclusio, eum testator simpliciter alienari prohibet, nõ videri hoc contemplatione cohæredis, vel legitimi successoris fecisse: quia capi potius ea interpretatio debet, q̄ solo fauore prohibiti hoc fecerit. glo. iij. hic. vnde ille fauori suo renũciare potest. At cum addidit, hereditatis priuationẽ, satis indicat se non eõ id iussisse, vt ipsi consuleret, sed potius vt cohæredi, vel legitimo. d. l. peto. Igitur seruandum est præceptum. l. j. C. de his que pœn. nõ. vbi Bal. q̄. penul. Vnde generaliter inferri potest, quotiescunq; adiecta prohibitioni sit pœna, valere præceptum. d. l. j. tanquam tunc non censetur nudum. videtur enim testator auferre contrafacienti, & transferre in cohæredem, vel legitimum. l. iij. §. si quis ita. de adim. leg. que sententia receptissima est, quanq; & nos probamus, argu. l. si. in. f. C. de verb. sig. Alex. consi. lxxij. in ij. dummodo de pœna intelligamus, que id quod relictum est, in alium trãfert. Quod si pœna extrinsecus accedat, secus est: vt cum testator prohibet fundum alienari sub pœna mille aureorũ dan dorum Titio: tunc nõ potest videri fundũ ipsũ in Titij trãlatũ. lã Titio. de fur. & ideõ putauerim tali præcepto, tanquam nudo, translationem dominij in emptorem nõ impediri. Rui. & Croc. hic. licet exactioni pœna locus esse possit. quod Rapha. & Ias. docuerunt. argu. l. quidam cum filium. de verb. obl. Ias. vers. vij. limita. Idemque dicendum, si testator simpliciter prohibuerit alienari, subiecitque sub ea pœna, vt actus sit nullus. cum enim rem ipsam in alium non transfulerit, appareat

ad solum prohibiti fauorem eum attendisse. vnde adhuc nudum erit præceptum. tamen aliter à Corneo responsum extet. Cor. clviii. in j. \* Sed quid si testator restituito filio prohibeat alienationem vsque ad certum tempus, sub pœna hæreditatis, si quam faciat, ad Xenonem confestim transferenda: an si vsque ad legitimam alienauerit, locus erit pœna? Et non putarim generali hac prohibitione actum, vt nec legitimam quidem alienare possit. l. si quando. in. f. C. de inoff. testa. sicut nec per generalem approbationem testamenti, censetur filius fideicommissio acq̄uieisse, quatenus legitimam suam respice ret. Anch. consi. clj. plura. col. iij. nec miles fideicommissio generali censetur filium in ea parte grauasse: quãuis possit si velit, quod communi calculo receptum est. Docto. l. centurio. §. de vulg. Quod si specialiter etiam de legitima testator egerit, maior est hæsitatio, sunt tamen qui valere præceptum censuerint, perinde ac si dictum esset, si filius legitimam alienauerit, relinquo cætera bona hospitali. argu. §. si. Institu. de leg. quod Raph. hic visum est. col. xxiiij. & respon. Cast. consi. lxxvij. in j. id enim non est onus legitima imponere, vnde quatenus in ea est, valebit alienatio, sed de reliquo, quod libera facultatis testatori permillum est, arbitrato suo disponeret. l. si quis curialis. C. de episc. & cle. vbi Bal. Ego vercor ne hac sententia non sit vera: sicut enim non potest testator aliquo onere legitimam grauare. l. omnimodõ. l. qui in prioribus. C. de inoff. te stamen. ita nec adiecta conditione id facere per indirectum potest. l. Seius & Angerius. ad legem Falcidiã. & maxime mentio pœnã. l. Titio centurio. §. j. de cond. & dem. Bart. l. j. §. que oneranda. ff. quarum re. act. vt merito Puteum, Arcet. Ruiniq; hac in re à Cast. dissideat sequar. Put. hic & Rui. col. xxv. Arcet. consi. xvij. \* Ex supra scriptis cõsequens est, vt videamus, quid iuris si prohibitio alienationis in conditione posita sit & valere iustum testatoris receptum est. l. iij. §. si. de cond. institu. habet enim conditio vim causę. glo. l. ij. §. circa. de dol. excep. quod Iason ostendit. & ideõ præsumitur conditio principalis ipsius legati causa esse. vnde ad eius euentum solum attendimus. l. demonstratio. in prin. de cond. & dem. Bar. l. ij. §. Titio. de do. Sed hac sententia non videtur mihi satis probabilis: & quãuis duobus modis intelligi possit, vt que tamen est ambiguus. Et in primis, si proponamus prohibitionem dispositiue factam, illique adiectam conditionem: vt, prohibeo donum alienari, si nauis ex Asia venerit. non est ratio cur valere

debeat, cum dispositio, cuius conditio non euenit, non solet esse efficacior, quam pura. l. cedere. de verb. sign. l. si. §. s. de vulg. vbi Ias. subest que adhuc illa ratio, quia nulla persona est, cuius respectu testator ita statuisset videri possit. Quod si intelligamus, quando ipsius alienationis prohibitio in conditione posita est, prout intellexisse videtur Doct. adhuc minoris dubitatione res est: cum quod in conditione est, non sit in dispositione. l. ex facto. j. de hered. institu. & quod dispositiue fieri prohibetur, nec in conditione quidem apponi vtiliter potest. d. l. Seius. Quid ergo statuendum? & non dubito, quin scripte rationes veræ sint, & id eo debeant Doct. secundum legem, quam pro sententia adducunt dicitur a defendi, vt scilicet prohibitio alienationis possit in conditione poni. d. l. iij. in fi. valeatque in vim conditionis, sicut quodlibet aliud meri facti. l. Meuius. de cond. & dem. vt si testator heredem me scripserit, si Stichum aut quamlibet aliam rem hereditariam non alienauero, quia ex se valet huiusmodi conditio, Distinxit Iulianus. d. l. iij. in fi. Aut enim solum sim hares scriptus, & censetur impossibilis, quia cum sub conditione sim institutus, oportet antequam ad eam, iam euenisse conditionem. l. seuius alienus. §. si quis. de hered. institu. at enenire non potest: quomodo enim cognosci poterit, an non vendam rem hereditariam, si eius adhuc non sim dominus: cum etiam si essem, quauis hodie non venderim, forte cras venditurus sim: merito ergo reijcitur, tanquam impossibilis. Oldr. Iacob. Cyn. d. l. iij. Aut verò coheres mihi datus est, & tunc sit humanior interpretatio, vt conditio quidem valeat, & implementi loco succedat cautio ipsi coheredi prestanda. l. Mutiana. de cond. & demonst. Dixerit aliquis, cur superiore casu non sit eadem interpretatio, vt proximo agnato caueatur, qui ab intestato successurus sit. l. is cui. vbi Bar. de cond. & demon. Respondeo, prohibitio alienationis, fauorem coheredis respicit, qui aditione sua tabulas confirmavit: quique & ipse partem in seruo habet, non autem fauorem legitimi heredis, de quo testator non cogitavit. Nec obstat quod videretur nec in conditio ne quidem poni hanc prohibitionem nudam posse, cum nec dispositiue valeat. d. l. Seius & Augerius. quia id verum est, si fideicom non valeret, quod aut contra bonos mores, aut aduersus ius publici scripta proponeretur, verum cum non valeat, quia testator aut nemini prodest, aut solum consilium praestitisse videtur: nihil obstat, quin poni in conditione possit. l. si rem

meam.

meam. de verbo. obli. vbi dixi. Sanè quoties testator fauore heredis instituit alienationem prohibet, non ipsi, sed eius curatori valet tale preceptum. vt cum pater prohibet tutoribus, ne seruos alienent: additque causam, quia pupillis suis velit remanere, propter perfectè artis notitiam, non poterunt eos tutores alienare. l. ij. vbi glo. Bal. Salic. Pau. C. de vsuc. pro emp. ipsi verò pupilli cum legitime ætatis erunt, alienabunt: sicut & alius fauori suo renunciare possunt. Sed an idem sit, si ipsis pupillis id preceperit: & Pau. Cast. idem esse respondet. quod & Bar. & alij hic sentiunt, addidit: idè Pau. cons. lxxvij. in primo, valere huiusmodi prohibitionem, etiam in legitima, si filijs ad certum tempus facta sit. puta, vsque ad triginta annos, tanquam testator id in eorum fauore adiecerit. Lancel. l. centurio. col. xliij. Picus l. in quarta. col. xix. Ferracius cautel. xxx. quia non confidit iudicio ipsorum, quod ante illud tempus non existimauit satis firmam. arg. l. filijs matrem. C. de inoff. test. l. cum ex filio. in princ. §. de vulg. quam sententiam omnes recentiores amplectuntur: satque probabilis est, exceptis tribus casibus. Primus, cum testator ultra tempus xxv. annorum prohibitionem extendisset, cum enim lex post id tempus quemlibet sani iudicij esse presumit, non videtur assertio ni paternæ standum, nisi aliqua coniectura accedente. l. quod si forte. de cast. pec. vbi Bar. alius non solum temporaria, sed & perpetua prohibitio valere debet, tanquam eius iudicio distidisset testator. quod credendum non est. d. l. quoniam nouella. Secundus est, cum pater post tale tempus non quidem prohibuisset alienationem aliquarum rerum, sed absolute interdixisset administratione bonorum, etiam dato curatore, vel consultore, non competit patri tale ius. arg. l. quidam decedes. de admi. tut. vt idem Cast. respondit, cons. cxxxj. in j. Tertius casus, cum pater in euentum alienationis alios vocasset, quos non grauasset quicquam filijs dare. satis enim ex nostro text. ostenditur, non fauore filiorum, sed fideicommissariorum sustineri prohibitionem. & id eo non est credendum id inus ad legitimam produci debere. alius sequeretur, fauorem huc, seu consilium patris, in eorum odium verti, vt legitima quoque priuenter, nedum quædam bonis. Sicque indeuotio acris ab indulgente patre puniretur, quam ab irato: vt merito sententia Cast. hoc casu reijcienda sit. Are. cons. lxxij. Cæterum valet etiam alio casu, quicuius nuda enunciatio prohibitionis esset, si conditionaliter prolata sit, non quidem vt translatio

dominij

dominij impediatur. l. Stichus. de ma. test. Sed vt quis compellatur ad cauendum se non alienaturum: vt illo exemplo, cum legato fundo Titio, adiectum est, Si Titius eum alienauerit, illum fundum hæres meus Seio dato. l. iij. §. si quis ita. de adm. leg. poterit enim hæres exceptione doli se tueri, ne fundus tradat, nisi cauerit Titius se eum non alienaturum. quia verisimile non est voluisse testatorem, vt ex factio legatarij grauetur hæres. l. paterfa. testam. eto. de hæred. insti. vt quauis onus adiectum sit hæredi, non videatur tamen testator ei remedijs cautionis preperuisse. \* Sed quid in dubio, an onus hæredi iniunctum censetur, an legatario? Et Imol. ex iustitiam hæredi. l. si ser uis. §. qui margaritam. §. eo. contra. Cro. & recentiores, quos sequor. vt ei qui contra fecit, potius in deuotio noceat, ne hæres alienæ culpæ penam luat. d. l. paterfa. testam. eto. Sed quid si seruis prohibeatur alienari, an valeat tale preceptum? Et constat valere, nec absque causa videri potius fauore serui factum censeri, ne duriorum seruitutem experiatur. d. l. generaliter. §. si petitum. de fideicom. lib. fecuta tamē alienatione, transferretur dominiū. l. rogo. l. eum fidei. eo. tit. Sustinetur enim tale preceptum ex ea causa: quia si hæres contrafaciat, videtur testator fideicommissariam libertatem illi reliquisse. Vnde cum fideicommissum de manu alterius accipiatur, & etiam hodie si deicommissaria libertas ipso iure effectū nō habeat. Doct. l. j. §. eo. transferretur quidem dominium, sed is emptor manumittere tenetur. l. Imperator. de fideicom. liber. Inferuntque hinc Doct. valere iussum testatoris, qui hæredi prohibeat, ne beneficiarios sibi subiectos alienet, tanquam videatur eorum contemplatione scripta hæc prohibitio. Sed quid si nihilominus alienetur, censentur tunc a clientelari iure liberi? Et Raph. Rui. Cro. negant. nec enim exorbitantes leges, quæ fauore libertatis hoc inducunt, ad talem casum videatur producenda, in quo minor est ratio. Quam sententiam & ipse probat: mihi enim verisimilius sit, fauore hæredis factā huiusmodi prohibitionem, quam ipsorum, quod in seruis est contra. Si tamen appareat, ad eorum fauorem respexisse testatorem, satis defendi potest, videri liberatos, maxime si alienatio his casibus facta est, qui etiam iure cōmuni sunt vetiti. c. j. §. ex eadem. de leg. Corradi, quosque ego alibi attigil. d. debitori. C. de pact. nam tunc prohibitio legis, cum testatoris præcepto cōcurrit, quod §. ostendi efficacius esse. d. §. sanctissimas. las. Cro. hic. Addit Bar. si præceptum in fauorem legatarij factum sit, de que heredi-

dis manu dominium legati præstetur, posse eum à legatario cautionem exigere, rem traditam non alienaturum. l. Titia centum. in princ. de cōd. & demon. Quam sententiam restringunt non pauci, quoties præceptum illud, propter personæ qualitatem, tacitam causam habet: vt quia voluerit minus industrius providere. glo. Imol. Pau. Mod. Sed ego Papiniani responsum ex Older interpretatione aliter intelligendum censeo: vt in ea aduersatiua, sed si, vim repetitionis secundum naturam suam habeat. Bal. l. omnes. de iust. & iure. sicque casum fingamus: Legauerat testator Titio centum, vt fundum emerret, vnde alumno prospectum de alimentis esset. Igitur hæres cum Titio fundum dabit, ab eo cautionem exiget, ne fundus alienetur: quia debet is, cui sub modo legatum est, cauere de eo adimplendo. l. si tibi legatum. j. tit. ij. l. quibus. §. si. de cōd. & demon. aliās ab alumno inquisitari posset, quod non iuxta voluntatem testatoris sibi prosequisset. l. ij. C. de his que sub modo: quo casu hæres illi actionem ex cautione cedendo liberaretur, dicta l. si seruis. §. qui marg. in fi. & ex hoc intellectu sequitur, vt præceptum non alienandi, quamuis tacitum & subauditum valeat. Exigenda tamen cautio propter fauorem alterius, cui etiam factum legatum censetur. Subiungunt rursus doct. valere preceptum, non solum quando fauore certæ personæ factum est, sed etiam si odio. l. codicillis. §. matre. §. tit. j. vt quia testator veter, ne domus sua vlllo tempore perueniat ad Caium, quod intelligit Cro. dum tamen illud odium culpa testatoris non prouenerit. l. cum tabulis. §. quoniam. de his quibus vt in dig. vbi Bar. Ego nihil id referre arbitror, cum hac in materia ad mentem testatoris attendamus, qui rei suæ legē imponere potest. glo. l. at hlet. verbo, facta. de excu. tu. las. l. si filium. in princ. C. de in officio. testa. Verius ergo est, eo solum casu non procedere, quando non extat qui reuocare possit: cum enim in dubio ius reuocandi ad hæredē pertineat. l. cum sub hac. de cond. & demon. Bart. hic. fingit ipsum hæredem alie nasse, seu contra fecisse, q̄s reuocabit. d. l. Mutianæ. in fi. si verō extet, qui hoc casu ex mente testatoris vocatus sit, tunc communis sententia vera est. & ita Scauola loquitur. quod ostendunt verba testam. etī, habes enim filios forū. & c. d. §. matre. Illud non omnitendit, quod ex factio respondit Bal. consil. lxxij. factum. in ij. \* licet præceptum nudum nullius momenti sit, si is cui consilium voluit testator, nolit consilium sequi: tamen secus esse, si mentem testatoris sequi velit. l. j. C. quibus ad lib. perue.



perue. d. §. si petitum. vers. ceterum. competet ergo et hoc no-  
mine exceptio, quoniam talis prohibitio sine causa, licet actio  
ni non sufficiat, tamen sufficit exceptioni: cum exceptio etiā  
absq; causa valeat, & in iudicium deduci possit. l. tale. in princ.  
de pact. vbi Doc. Vnde si testator prohibuerit diuisionem he-  
redibus suis ad certum tempus, valet preceptum, ne is qui pa-  
rere velit, inuitus ad dirimendum societatem cogatur. l. iij. in  
princ. de cond. insti. Addit Alex. huiusmodi preceptum gene-  
raliter valere, quoad temporarium. est. d. l. iij. secus si perpe-  
tuū. Vnde si testator dicat, Prohibeo talem fundum intra de-  
cennium alienari: valet prohibitio. Alex. l. si non sortem. §. si  
centum. de cond. inde. Sed huius ego rei rationem nullam vi-  
deo, cum enim non sit, qui rem alienatam auocet: quia cōtem-  
platione certæ personæ non sit facta prohibitio: non est a re-  
gula contextus nostri recedendum. d. l. Mutianę. in fi. quod &  
aliqui hic censuerunt. Rui. col. xvj.

**C** **Q**UOD SI LIBERIS.) Quoties ergo contemplatione  
certæ personæ facta est huiusmodi prohibitio, secuta aliena-  
tionem in vim fideicommissi valet: vt hic dicitur. Amplius cen-  
sent Doct. etiā si testator nō expresserit, cuius cōtemplatione  
præceperit: si tamen de causa tacite appareat, idem esse. glo. l.  
quoties. C. de fideicom. par enim virtus taciti & expressi est:  
fideicommissaq; non expressa tantum, sed etiam ex tacita vo-  
luntate plerunq; præstantur. l. & in epistola. C. eod. titu. vt si  
prohibeat turrim alienari, quæ soleret esse potius gentis suæ  
præsidium & asyllum. Cy. Bal. l. ad d. l. quoties. Alexā. & Moder.  
hic. quod exemplum ego defendi posse arbitror, cum aliena-  
tionem eius extra familiam prohibuisset. aliās si simplex fue-  
rit prohibitio (vt ipsi loquuntur) nō videtur valere præceptū,  
quā fauori suo renunciare hæres possit. Nam & si fundum, in  
quo suæ, aut maiorum (si eorum reliquæ sint, prohibeat aliena-  
ri, non tamen preceptum valet. l. pater. §. Iulius Agrippa. j. tit.  
ij. quamvis probabilis testatoris sit hæc in re affectio. l. si in em-  
ptionem. de mi. vt præceptum valeat, non quælibet cau-  
sa sufficit, sed quæ contemplatione certæ personæ facta sit, de  
quæ persona oportet vt aliquo modo cōstet, vel nutu. Si enim  
omnino ommissa sit eius mentio, nec fideicommissum teneret.  
l. quidam cum filiū. de hæred. insti. vbi Bal. & Imol. Subijcitur  
in tex. nostro, huiusmodi prohibitionem non nocere credito-  
ribus aut fisco: quod à nobis suprā declaratum est. Sed nūquid  
emphyteuta possit in testamēto prohibere, ne res emphyteu-  
tica

tica alienetur? Et videretur non posse, quia id in damnum  
domini esset, cui spes recipiendi quando que laudatiui primi  
tur. c. j. vbi Bal. de alie. feud. glo. l. si ita quis promiserit. §. ea le-  
ge. vbi Mode. de verb. obl. Sed tamen non videretur hæc com-  
moditas perpendenda, cum hac lege contractus celebratus sit.  
vt perpetuū ad emphyteutam eiusque hæredes permaneret.  
argu. l. j. §. de iure dot. & idē Doct. generaliter aiunt licere  
emphyteuta, meliorationes suas fideicommissio subijcere. l. si  
domus. §. si. §. eod. vbi Doct. Bal. consi. lx. in ij. Alex. cxx. in j. cō-  
sili. in ij. prohibitio autem alienationis, quid aliud quā fidei-  
commissum est? \* Sed difficilior est questio, quid si testator  
sic concepit verba, Si Titius alienauerit, domum eam Sem-  
pronio do, lego. Et receptum est, nihilominus alienari posse,  
& Titium in emptorem dominium transferre. quia cūm con-  
ditio per futurum subijctiui concepta sit, non est locus trans-  
lationi legati, nisi quo tempore alienatio iam perfecta fuerit,  
& sic dominium iam in alium tranterit, vnde testator de re  
sua disponens, in tempus quo extranei sit, non potuit aliena-  
tionem impedire. l. Stichus seruus. de manu. testa. sed solum  
hæredem, vel Titium grauare ad rei ipsius æstimationem. l.  
non dubium. in fi. j. titu. ij. d. l. ij. §. si quis ita legauerit. Secus  
est, si alienationē ipsam prohiberit, antequā aliena res fiat:  
quia tunc dominij translationem impediret. l. quidam testa-  
mento. de fideicom. lib. vt quia futuro indicatio vltus esset, si  
Titius alienabit. id enim futurum necessariō perfectionem  
actus non indicat. Bar. l. qui absenti. §. j. de acqui. poss. & idē  
ex mente testatoris sit interpretatio: vt cum alienare Titius  
incipit, in penam cadat. l. interdum. quib. mo. vltus. am. & in  
Sempronium legatum transferatur. l. si. C. de lega. Raph. d. §.  
fratre. quod & arbitror procedere, si dictum sit, si contingat,  
seu contingerit eum alienare. Salic. d. l. ea lege. C. de cond. ob-  
causam. tametsi aliter distinguat Clau. Idem est, si testator præ-  
cedente dispositione iusserit rem non alienari, quamvis enim  
subiecerit, & si alienauerit &c. per futurum subijctiui, tamen  
propter præcedentem dispositionem censetur in tempus, quo  
res est hæredis, vel legatarij, disposuisse. d. l. codicillis. §. insti-  
tuto. d. l. pater. §. quondecim. & idē o translatio dominij impe-  
ditur. glo. d. l. Stichus. Are. consi. xvij. Dec. clxxij. col. ij. quod  
in contractibus quoque procedit, dum tamen clausula consti-  
tuti adijciatur, quod alibi Bar. docuit. d. l. qui absenti. §. j. Sed  
quæ est ratio, vt non idem interpretemur, quando testator in condi-

conditione tatum alienationem posuit? & putauerim id esse, quia conditiones non disponunt, neq; adeo testatoris mente arguunt, vt sufficiat prohibitioni, seu fideicommissio, gloss. l. Lucius. ij. de hered. insti. Vnde seu favore quidem libertatis hoc inducitur. d. l. Stichus seruus. Quo argumento crediderim nec in subsidium quidem, cum haeres qui alienauit, soluendo estimationem non est, posse emptorem conueniri. l. plan. ij. §. j. s. eod. aliis eadem aequitate statuendum fuisset, vt seruus libertatem acquireret.\* Et ex his infert Bar. ac ceteri, non adeo efficacē esse tacitam prohibitionē, sicut expressam. Sed ego accipi, parē esse taciti & expressi vim. l. cum quid. si cert. pet. dum tamē illud tacitum, sufficientes habeat coniecturas. In casu enim nostro, nec tacita quidē prohibitio subest. cum solum verbis conditionalibus de ea constat. l. ex facto. j. de ha. red. insti. Nam & in fideicommissio ante euentum conditionis, nulla est prohibitio tacita. merito alienatio tantisper valet, dum conditio eueniat. l. si. §. penul. C. com. de leg. gloss. l. cum pater. §. libertis. j. titu. j. ante enim conditionis euentum non est legatario ius vendicadi. l. seruo legato. §. j. s. eo. at prohibita expressim alienatione, verba contestim cum alienatū est, fideicommissariū vocant. sentitque Pau. Cast. idē esse, etiā si testator prohibuerit haeredi alienationem, & subiecerit, quae velit post eius mortē ad familiā pertinere. adhuc statim familia admittetur, nec mors expectabit. dilatio enim mortis a testato re adiecta, in fauorem emptoris, vel haeredis contrafacientis non fuit. & idēo familia interim excludi nō debet. arg. l. libert. §. fin. de annu. leg. quae quidam aliter hac in re aliqui tradiderunt. R. iii. col. liij. Vnde & supra ex quorūdam sententia censui, viuentē reo bona expressim alienari prohibita, penes hunc remanere, sicut si simpliciter fideicommissio subijceretur. l. Pap. §. meminisse. de inoff. testi. Pau. R. iii. hic. tamētī aliud Alex. vi. sum esset. nam & aduersus las. receptus est, sicut dos de fideicommissio praecipit potest. authen. res. que. C. com. de leg. ita & de bonis que expressim prohibitioni subijciantur, quod infra

14 attingemus.\* Quo fit, vt nec illorum sententiam probem, qui cum succurrat emptori, a quo ex iusta ignorantia res fideicommissa empta sit. l. si. §. si. j. tit. j. R. iii. col. xliij. negant ei succurri, qui rem emerit expressim alienari prohibitam. Alexan. l. Marcellus. §. res. quae. ad Tre. Cōmenta sunt haec, quia aduersus communes regulas inducuntur, & nullis legibus probantur. cum in contextu nostro probetur, eum cui in casum alienationis

nationis bona applicantur, nihil aliud quam fideicommissarium esse. authen. de restitutione fideicommissi. per totū. & si praescripto casu, semp. ed. ignoratix ratio substat.\* Sed nunquid sicut rei suae ex causa potest testator alienationē impedire, ita etiā rei quae heredis sit possit & receptū esse nō posse eū facere, quin si haeres re sua alienet, valeat contractus, dominiumque trāserat. l. si quis inquilinos. §. j. s. px. Quāuis em possit quis de re haeredis perinde ac sua disponere. l. vnum. §. si rem. j. titu. j. id verum est, vt dispositio ipsa ex se valeat, saltemque condemnatio in estimatione fiat, non vt translatio dominij impediatur. specia se tamen id in seruo esse aiunt, vt non solum proprium, sed & haeredis possit testator prohibere, ne manumittatur. l. si quis ita. §. quod constitutum. de manu. testamen. l. haeres seruus. qui & a quibus. quia facilis impeditur manumissio, quam ceterarum rerum alienatio. gloss. l. penultim. C. si mand. ita fuit. An quia hoc casu nihil est, quōd de estimatione agatur, idēo praecipuum potius precisē obseruandum est? Sunt tamen qui adhuc posse hunc seruū ab ipso haerede manumitti censuerint, iureque eum fieri liberum. glo. l. seruus. de manu. las. in prima lect. quae sententia cum verbis legis pugnat. Ego supra constituendam differentiam inter vendicationis, & damnationis legatum censui. §. in rub. idque & nūc sequor. Amplius censent Doct. praecipuum id interdicitur alienationis ad eam non trahi, quae ex causa non voluntaria fieret. l. alienationes. fam. erci. Doct. l. senatus. in princ. s. eo. valebit enim alienatio saltem ad tempus, quamdiu debitor ipse retinere potuisset. d. 16 l. peto. §. praedictum. vbi Pau. Cast. cuius rei est ratio,\* quia non contemnit iustum testatoris, qui ex necessitate ad alienandum cogitur. l. si fideiusor. §. qui necessaria. qui fatid. cog. quod intelligēdum est, quoties alienatio fauore alterius personae prohibita est, quae in alienationis casum ad fideicommissum vocetur. Sed si ipse rei fauore prohibita sit, secus est. vt cum testator iubet, ne seruus alienet: non poterit à creditoribus haeredis interim possideri. quia sua interest, ne alterius seruitutem experiatur. l. rogo. in fin. l. quidam. de fideicom. libe. qua ratione publicatus ex delicto bonis, statim manumittendus est. l. imperator. eo. titu. licet aliter res non prius sint restituta, quam reus ipse fuisset restitutus. d. l. Statius. §. Cornelio. de iure fisci. quod supra vidimus. Addit Alexan. si alienatio ex causa necessaria fiat, sed tamen propter delictum haeredis eius mortem non expectari, sed statim fideicommissio locum esse.

H Alexan.

Alexan. d. consi. xxiii. quoniam necessitas quæ culpa ipsius hæredis prouenit, nullum meretur fauorem. l. etiam. §. j. sol. mar. Ang. d. authen. res que. in fi. vbi Doct. quam sententiam supra nõ probauit. nec enim hæc dilatio fauorẽ hæredis delinquentis respicit: sed fisci potius, in delicti vltionem atque vindictã, d. §. Cornelio Felici. Sed quid si testator prohibita alienatione, causã redemptionis ab hostibus, & diutina egritudinis exceperit exemptiones eæ firmabant prohibitionis regulã, etiam ex causã non voluntaria & temporali? Et ait R uinius se respondisse, non confirmari. quia alienatio non temporaria, sive ex causã necessaria fiat, sub regula non comprehenditur. d. §. prædium. exceptio autem licet regulã declaret, eam tamen non extendit, augetue. l. generali. §. vxori. de vsufu. leg. 17 vbi Bar. quæ sententia habet rationem. Bal. consi. xx. in ij. \* His consequens est, vt tale præceptum, nec eam alienationem impediãt, quæ autoritate rei iudicatã fiat: vt cum quis rem illam ab hærede vendicans, in causã obtinuisse. l. ij. §. item quæri. de reb. eo. Cum enim fideicommissario ius ex sola alienatione queratur, & hæres non sponte alienauerit, propter causã necessitatẽ excusatur, nec quicquam fideicommissario interim acquiritur: merito nec citandus est, vt communis se habet sententia. l. ex contractu. de re iud. l. non solum. §. queritur. de procu. l. j. §. penul. de vent. in spi. l. si suspecta. de inoff. testamẽ. Quod si dolo, aut collusionẽ vsus hæres proponatur, secus est. l. si seruus plurium. §. j. §. eod. videtur autem collusisse, qui non curauit instrumenta sua exhibere, vel legitimas exceptiones opponere. l. si sponsus. §. si vxor. de do. inter virum. Alexã. consi. xc. in iij. hoc ergo casu proculdubio admittetur fideicommissarius, quia talis sententia nulli præiudicat. Fely. c. lator. col. fi. de re iud. Dec. consi. cccv. col. ij. Existimari quoque indistinctẽ eum admittendũ, quoties casus fideicommissi etiam citra eam alienationẽ euincit: vt quia mortuus esset hæres, à quo res per sententiam fuit ablata. d. §. prædium. vel quia causã prohibitioni adiectã, absolutum fideicommissum induceret. Mode. l. qui Romã. §. cohæredes. de verb. ob. vt enim

18 Bart. hic ait, \* quamuis sententia aduersus hæredem lata valeat, non tamen præiudicat fideicommissario non citato, quoniam ipse fideicommissarius ius præfens in iudicium deducit. l. in diem. de aqua plu. c. si vallus. si de feu. fue. controuer. inter. glo. l. j. C. de falsi. Alexan. consi. lxxiij. in iij. Sed & arbitror admitti eum ad appellandũ deberi, si habita sententiã notitia

id

id elegerit. l. si perlusorio. de appella. Fely. c. cum super. de re iudicata. interest enim sua, ius suum ad liquidum deducere. nec ante quãquam edatur sententia, currit tempus. l. j. C. de temp. appell. quod Alex. hic tradit. Fortius sunt qui autem, si sententia irreparabile damnum inferret, omnino etiam citados eos, quorum principaliter non interest. aliã ipso iure nullam esse. Fely. c. exhibita. col. j. de iud. Cæterum & illud receptum est, vt si venditum ei fuerit, qui non sit testatoris iussu prohibitus, valeat deinde ab eo in quemcumque; alium facta alienatio. l. pater. §. quinquem. j. tit. ij. quod non solum in ea parte procedit, quam quis suo nomine consequitur, sed & quam iure accrescendi nactus sit. eundem enim naturã ea quoque 19 portio est. Doct. l. si in testamento. §. de vulgar. \* Sed quid si is qui prohibitus erat alijs vendere, in casu permissu vendat, puta colliberto, deinde ab eo redimat, an poterit postea liberẽ cuiicumque vendere? Et putari posse. l. si à me. ad leg. Falc. nisi tamen fraus arguatur. vt hic Bar. sentit. l. nuda. de contrah. emp. sicque prohibito hæc personalis, quam testator fecit, ad eum casum non trahetur, cum hæres grauius alio iure quãquam casum non trahetur, sed ius aliquod in re ipsa retinuisse, secus esse arbitrarẽ: facilius enim tunc præsumeretur fraus. argu. l. voluntate. quib. mod. pig. Dec. consi. lxxvij. Procedunt autẽ supra scripta in prohibitione personali. secus si in rem sit: vt quia præcepto addiderit se velle, vt res in familia remaneat. d. l. peto. §. fratre. vbi Bart. versu. venio ad quartam. tunc enim in distincte regulã legis nostræ esset locus, vt alienatio non valeret. quod & Pau. respond. Ca. l. voluntas. in fi. C. de fideicõ. Sed quid si supra scripti liberti dedissent, etiam rep. consentiente? & dubium non est, posse eos d. prohibitioni mutuo consensu renunciare. l. nihil. §. j. §. eod. cum non subsit deinde persona quæ renocare possit. l. qui solidum. §. pe. j. tit. j. l. quoties. C. de fideicom. Ex factõ tamen Bal. Deciusq; respond. tali diuisione non videri id actum. Dec. d. consi. lxxvij. Ego arbitror empto rem, qui fiducia talis conuentionis emerit, securũ esse. c. j. §. Titius. si de feud. fue. controuer. dominiumq; in eum translatum censeri, licet salua possit esse fideicommissarijs actio ad precium aduersus venditorem. l. si fundum per fideicom. §. e. qua de re alibi Bar. l. qui Romã. §. duo fratres. q. viij. de verb. 20 obl. Sed \* an poterit liges alienare vetitus, dotem filia in his

H 2

66

ce bonis constituere: Et dicendum est regulariter non posse, c. j. §. donare. qualiter olim feud. vbi Bald. a voluntate enim testatoris quæ verbis expressa est, temere recedendum non est. quod maxime locum habet, si alia adsint bona, vnde dos dari possit. Iacob. & Sal. d. l. voluntas. Idem si ex folis fructibus possit ei oneri satisfieri. l. mulier. §. pe. ad Treb. Sed & si prohibitio per contrafactum facta sit, eo tamē casu quo translatio domini impediretur, constat non posse dotem ex eis bonis dari. gl. l. nulla. C. de iur. dot. vbi Bal. Idem & multo fortius dicendum, quoties testator disertè expressisset, nolle se bona sua ex causa dotis alienari, potest enim legem hæc rei suæ imponere. quod Alex. respond. Alex. consil. lvi. in primo. Idem quoque credendum, quoties dixisset nolle se dicta bona quoquo modo alienari. l. quidam. §. de fideicom. lib. Excipiuntur autem à prædicta regula tres casus. Primus est, \* vt cum hæc alienatio ex quadam necessitate dicatur fieri, possit grauatus quamuis extraneus hæres durante vita id facere. d. l. peto. §. prædium. vt scilicet dos ad tempus vitæ constituatur. c. nuper. de do. inter virum. vltra

21 non valeat. \* Alter est in muliere grauata tali fideicommissio à patre. non enim videtur mens patris ea fuisse, vt filiam impediret, quominus nuberet, dotemque marito daret. d. l. mulier. §. pe. imo si pater id nominatim egisset, frustra iussisset, cum teneatur eam dotare. l. qui liberos. de rit. nup. & ideo dos loco æris alieni sit. l. à filia. in princ. ad Treb. quod vt hic dicitur prius deducēdū est. Si tamen ex fructibus, vel legitima sua dotari potest, non debet fideicommissum diminui. d. §. pe. Tertius est, cum hæc alienatio secundum nouellam Iustiniāni constitutionem fieret. auth. de restitui. & ea que par. quæ simpliciter in bonis loquitur restitutioni subiectis. \* At cui dubiū est, bona alienari prohibita, propriè dici restitutioni subiecta esse, ferri nostro certe tex. & id fideicommissum appellatur. d. §. pe. l. qui solidum. & d. §. fratre. vt inanes sint recentiorum altercationes, differētiā inter expressam hæc, & tacitam prohibitionem, quæ ex fideicommissio simplici oritur constituentium: quam & s. consultui. Nec dubium est, quin ea constitutio non solum procedat, cum de danda dote agitur, sed etiam cum de restituenda. quod & vulgò receptum est. glo. auth. res. quæ. C. com. de lega. Si quis autem eam constitutionem diligenter perpenderit, id solum innouari cognosceret, vt per fideicommissum, dotis datio, seu restitutio non impediatur, quominus, quatenus dos legitimam excedit, de eis bonis accipiatur.

tur. quod arbitrò procedere, etiam si fideicommissum sit dote antiquius: cum enim de eo tantum lex loquatur, cui debetur legitima, innitaturque: præsumptioni tanquam generali si deicommissio, testator non videatur prohibuisse, quin tantum legitime addi possit, quod dotem æquet, satis indicatur eatenus præferri fideicommissario mulierem. quo casu aliquorū sententiā defendi potest. Anania consilio lxi. Soc. xxiiij. in iij.

24 Crot. hic. char. fi. \* Sed quid si filius legitime suam prodegerit, ita quod dos restitui vxori suæ nequeat, nisi ex fideicommissi bonis? Et hoc casu nulla est ratio, cur legitima iterum in fideicommissio accipiat, vt solui mulieri possit: sibi enim illa imputet, quæ conditionem mariti nō est perscrutata. l. qui cum alio. de reg. iur. quod Angel. & Ias. censuerunt. Ias. d. auth. res. quæ. in ij. parte gl. Aequum enim est, vt fideicommissarius tempore prior sit, & iure potior. c. qui prior. de reg. iur. in vj. nam lex nouella, mulierem fideicommissario in eo tantū præfert, quod legitime additum æquare dotem possit. Suadet id & ratio, vt enim ponamus id fideicommissum à sacro inductum esse, non debet aduersus eius prohibitionem ius fideicommissi subverti, quia quamuis cogi possit facer, vt nuxui pro restitutione dotis caueat. d. l. qui liberos. si tamen ipse dotem nō recepit, nec curare potuit, quominus filius eam consumeret, secus esse constat Bar. & Doct. l. si cum dotem. §. transgrediamur. sol. mat. Sed nunquid eius constitutionis priuilegium in dote duntaxat concessa locum habeat? & receptum est, non habere. glo. ibi. §. sancimus. verbo, augmentum. vbi Ang. & Bal. Nouellus, in tractatu dotis. vj. parte priuilegij. xij. Satis enim fuit, si mulieri succurreretur, ne damnum faceret, non autem debuit ad lucrum admitti cum fideicommissarij iactura. Et

25 hæc quidem in dote procedunt. \* Sed quid in legitima quæ filio debetur, an accipi ea ex bonis alienari prohibitis poterit? Et dicendum est posse. sicut enim talis prohibitio creditoribus non nocet, nec fisco, vt hic dicitur, ita nec filijs nocere debet, quod ad legitimam attinet, creditores censentur. l. Pap. §. si quis impubes. de inoff. testamento. idq; omnes hic fatentur, & nos s. probauimus. quod enim quis alienare non possit, ominus est. l. femina. §. illud. C. de secund. nup. ideo de legitima reijciatur. d. l. quoniam nouella. Sunt tamen qui existimant hoc non procedere, cum prohibitio ad tempus facta est, vt filio ipsi pater consuleret, ne temere alienaret. arg. l. multi. s. de lib. & posth. vbi Ias. quod quomodo defendi possit, s. disputauimus.

mus. Certior est illa limitatio vt non procedat supra scripta cō-  
 clusio, quoties filius potest ex alijs bonis quod quæ prohibi-  
 tioni subiiciuntur, legitimā accipere. quod Pan. Castr. respon-  
 dit conf. xvij. in causa quæ vortitur Parmæ. col. v. & ceteri vno  
 ore probant. cum enim hypothecam pro legitima filius nullā  
 habeat. Soc. l. si ex toto. §. eod. debet prius in alijs bonis solu-  
 tionem procurare. Vnde nec in rebus alteri legatis quicquā  
 hoc nomine deducet, si aliunde habeat, quod legitimæ suffi-  
 ciat. Alex. l. non amplius. §. si. §. eo. sed & si non habeat, non ta-  
 men ab vno tantum accipiet, sed pro rata ab vniuersis. l. ij. C.  
 ad leg. Falcid. Quod si d. casu ex bonis prohibitioni subiectis  
 alienauerit, illa in primis sibi in legitimam imputabitur. l. Mar-  
 cellus. §. res quæ. ad Treb. Alex. l. in quartam. §. ad leg. Falcid.  
 Addit Crot. si testator alienationem prohibuerit, vt hæres in  
 familia relinquat, & is alicui ex familia donauerit: quod dona-  
 tum est illi, in legitima imputari respondit; Soc. rationibus,  
 quibus contrarium ex facto responderat Crot. hic in quarto  
 notabili. Socy. d. §. res quæ. in fin. & consi. c. l. j. Ego veriorē  
 Soc. sententiam arbitror. Is enim donatarius non a filio, sed ab  
 ipso testatore tanquā in executionem fideicommissi ele-  
 ctus habere rem videtur. l. vnum. in princ. & §. j. tit. j. vt meri-  
 to non sit filij legitimæ imputanda. l. pariter filium. ad leg. Fal-  
 cid. vbi Pau. & Alex. Sed quid de quadrante Trebellianico dice-  
 mus? Et sicut constat de bonis alienari prohibitis nullum de-  
 ductioni ex lege Falc. locum esse, auth. sed in ea. C. ad leg. Fal-  
 cid. vbi Bal. ita & in quarta Trebellianica receptum est, quod Bal.  
 Ang. Pont. Aret. responderunt. Rom. consi. ccv. iij. Aret. xxxvij.  
 & recentiores hic probāt. Sed quid si testator prohibuerit ec-  
 clesijs bona alienari; quia velut ea semper esse secularium. Et  
 videtur hanc prohibitionem favore ecclesie pro scripta  
 habendam. §. sed hoc præsentī. auth. de sanctis. episcopis. Alex.  
 17 confi. c. in quarto. \* Vnde & à quibusdam traditum est, nō pos-  
 se patrē minus ei filia relinquere, quæ monasterio nomē de-  
 derit, quā ei quæ nupserit. Doct. auth. nisi. C. ad Trebel. Nec  
 obstat, quod valeat pactum, ne bona in ecclesiam deueniant. l.  
 si. C. de pact. inter empt. glo. l. si ita quis. §. ea lege. de verbor.  
 oblig. quia hoc verum in eo, cuius interest, ne in potentiorē  
 res sua transeat. c. j. de alienat. feud. c. j. §. donare. quali. olim  
 feud. vel alijs propter priuilegia ecclesie sua cōditio fiat de-  
 terior. c. p. de deci. Secus in casu nostro, in quo videtur argui  
 testatoris impicitas, & descendentiū à cultu diuino tacita re-

tractio.

tractio. arg. c. fin. de immu. ecclesiarum. in vj. Putarim tamen  
 valere prohibitionē, quæ non ecclesiam, sed personas ecclesie  
 sticas submoueret suo nomine emētēs, quod diuus Hierony-  
 mus in epistola ad Nepotianum probat, & nos alibi diximus.  
 l. j. C. de sac. sanct. Sed quid in lege municipali dicemus, quæ ci-  
 uibus interdicit, ne his qui non sunt subiecti, prædia alienent?  
 Et Oldr. Bar. ceterique existimant, quod ad ecclesiam atti-  
 net, non valere statutum, tanquam aduersus libertatem eccle-  
 siasticam sit. auth. casta. C. de sac. san. & tanquam id dispone-  
 re legistatores non poterint. Fely. c. ecclesia sanctæ Maria. col.  
 xxxij. de constit. vers. nono quarto. Sunt tamen qui contra-  
 dicunt: vt Butr. & Bal. qd & diffusè à Cyrillo Homodeo dispu-  
 tatum est. consi. xxj. quoniam talis lex fauore publico lata est,  
 vt ad eos bona transeat, qui muneribus subiectis cogi facile  
 possint. auth. item nulla. C. de episcopis & cle. Bald. rub. extrā,  
 de constit. col. ij. Et quia alijs omnia latifundia in ecclesiam  
 transferrentur, quæ nunquam moritur, & nunquam alienat. c.  
 suggestum. de decim. debentque ciues posse hanc legem re-  
 bus suis imponere, & circa iam acquisita providere, sicque in  
 quarrendis ecclesie facultatem moderare. l. rescripto. §. si. vbi  
 Bar. j. de munc. & quia non est fas ecclesie, eam legem erga se  
 reprobare, quam ipsa in seculares approbat. l. j. quod quilibet  
 reprob. Nec enim ecclesia alijs alienare citra solennium obser-  
 uationem potest. auth. hoc ius. C. de sac. san. idq; & Abb. pro-  
 bat in statu. q. ij. parte ij. in fi. Nec quicquid hoc casu in odium  
 clericorum videtur statutū, cum generaliter de omnibus non  
 18 subiectis lex loquat. c. si. de immu. eccl. in vj. \* Quod si lex  
 valet, quæ fauore filiorum alienationem in ecclesiam prohi-  
 bet. c. quicunque. xvij. q. iij. quod Abb. Ancharanus; respōd.  
 Abb. consi. lxxij. Anch. xxx. nec Fely. negat. cur & non quod  
 publicum fauorem principaliter respicit? Sed hæc omnia vno  
 verbo dissoluit recentiores. Fely. l. f. Crot. vt enim vera sint, nō  
 tamen possunt seculares ex publicæ utilitatis causa, ecclesijs le-  
 ge sua quicquam inouare, cum extra eorum iurisdictionem  
 sint. d. c. ecclesia sanctæ Maria: Quid ergo si ipsi clerici tali sta-  
 tuto consenserint? & videtur propter cōsensum suum eos obli-  
 gari, cum speciale sit, vt in subiectis muneribus, eorum vol-  
 untas non sufficiat. c. aduersus. de immu. eccl. Nam & supra vi-  
 dimus, per pactum fieri posse, ne res in ecclesiam transeat. glo.  
 & doct. d. §. ea lege. Vnde si id statutū supra hominū memo-  
 riam obseruatiū sit, puto valere, cum huiusmodi obseruatio

H 4

consen-

consensum presumi faciat. c. super quibusdam. §. prater ea. de verb. sign. l. iij. §. ductus. de aqua quoti. in his praesertim ciuitatibus, quibus ex trium ordinum, seu statuum consilio, solent conuenitus peragi, vel in quibus quandoque iurisdictione ipsorum episcoporum fuit. Verisimile enim est, eos quoque adhibitos qui in eo consensu honoratioris sunt, omniaque solenniter celebrata esse. l. qui in aliena. §. j. de acqui. hered. Sanè quod ad praedictum statutum attinet, adnumerat hic recentior res plerisque alios casus, quibus putant ei locum non esse, quos alibi disputandos non referuamus. Barb. in rub. de reb. 29 eccle. non alie. §. Sed quid si alienationis prohibitio non in testamento, sed per contractum facta sit & constat eum qui promittit non alienare, id quod facti esse promittit: ideo solum in id quod interest condemnandum. l. ea lege. C. de cond. ob causam. l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. translatio verò dominij nõ impedit, quæ secundum iuris regulas fit, id est, ex tit. & traditione. l. traditionibus. C. de pact. Quod si prohibitio in testamento fiat, aliud est: quia lege xij. tab. quicquid testator de re sua iusserit, pro iure est. §. disponat. auth. de nupt. & sicut prohibitio legis, ad quodcunque tempus trahitur, quo alienatio fiat, vnde perinde ac si titulus nullus esset, non fit translatio: pactum ergo contrahentium in personam est, praecipuum testatoris rem afficit. Sed si pactum quoque rem afficiat: vt quia is qui fundum alienari prohibuit, ius sibi in rem referuauit: & tunc cessat supra scripta ratio: merito dominij translatio ex autoritate Marcelli impeditur. l. si creditor. §. si. §. de distract. pign. quod intelligendum, cum specialiter hoc nomine, ne alienatio fiat, ius in re referuatum est. tunc enim nec scienti, nec ignoranti alienari potest. Nisi tamen natura contractus aliud suaderet, vt cum de re emphyteotica tractatur, post denuntiationem enim potest emphyteota iure suo vti, & meliorationes alienare. l. si. §. de iure emph. Idemq; in creditore, cui alius pignus inuile esset. l. iij. de pig. act. Idemq; quoties pacificatum non interesset. l. pe. vbi Bart. de pact. In casu enim Marcelli, plurimum intererat creditoris, ne scilicet eum alio sibi litigandum, quam cum debitore suo esset. d. §. si. vbi Fulg. quod maxime hodie propter excussionis beneficium procederet. auth. hoc fit debitor. C. de pig. Sed an propriarius rem alienare poterit, si cum fructuario aliter conuenit: & Bal. ait posse. Bal. d. l. ea lege. col. iij. Ius enim vsusfructus non tam in re, quam in rei ipsius fructibus consistit, & ad personalem

sonalem seruitutem pertinet. quæ impedimento translationi dominij esse non debet. tamen si sint qui aliter censeant. Paul. d. l. ea lege. Alex. d. l. qui absenti. §. j. Fulg. cons. ccij. Ego putauerim translationem quidem dominij non impediri. Sed tamen non posse fructuarium durante iure suo ab emptore inquietari. habet enim exceptionem ex hoc pacto, qui se tueri etiam aduersus singularem successorem potest. arg. l. i. §. quod autem de superficie. l. j. in si. si ager vecti. habet & confessoria actionem, quæ in rem est, & aduersus quemlibet possessorem competit. l. vt frui. §. vtrum. si vsusfructus. pet. Leorum. de dam. infect. Sed quid in conductore qui pactus est, ne durante lustro, locator alienet, generalemque hoc nomine duntaxat hypothecam accipit: Et receptor est sententia valere alienationem, quoniam autoritas eam impediendi specialiter tantum hypothecæ tributa est. d. §. si. si quis se habet omnium ferè recentiorum opinio. opinor quia specialis hypotheca efficacior est. l. licet. in quib. cau. pig. tac. glo. §. nos igitur. verbo, tradere. in auth. de non alie. An quia in generali hypotheca, non videtur de his bonis actum, quæ in contractu tunc deducuntur. l. pe. §. si. de pig. verbo, ab alio. Roma. sing. 6005. merito ergo translatio dominij non impeditur, sed satis erit, si cõductor concedatur retentio, nisi id quod ius interest offeratur. Barto. l. qui fundum. ff. locat. l. si filio. §. fina. sol. mat. Mod. in tractatu pig. char. ij. Sanè tum quoque ius in re referuatum videtur, cum quis promiserit nõ alienare. & si alienaret, voluit bona ad me reuerti, constituiturque in eum casum de nomine meo possidere: cum enim alienare incipit, dominium ad me reuertitur. l. cum fidei. & l. seq. de fideicom. libe. Bar. & Doct. d. l. absentis. §. j. propter vim constituti, quod possessionem in me transfert, l. quod meo. de acqui. pos. ex cuius possessionis traditione subsequitur dominij in me translatio. d. l. traditionis. Vnde cum is amplius dominus non sit, in alium emptorem non potest transferre quod nõ habet. l. traditio. de acqui. re. do. & ita cõmunis est sententia, quam Bal. Imol. Ias. ampliant. vt etiã absque constituti clausula procedat, quoties ei promissio facta esset, 30 cum absque traditione dominium quereretur: vt œconomus, nomine ecclesie stipulanti, & si qui alij speciales sunt casus. l. si. C. de sacr. fan. ecc. Doct. d. l. traditionibus. Sed quid si simpliciter promiserit quis non alienare, & in eum casum constituerit se alieno nomine possidere: Et cum nihil actum sit de retrotransfereudo in stipulatorem dominio, satis putarim non

impediri dominij in nouum emptorem translationem, cum constet traditione possessionis quamuis non vacue transferri tamen dominium. l. si fundi. cum glo. ff. de fund. dot. Quid si in donationis contractu prohibita sit alienatio, adiectumque vt si fieret, nulla esset, sed bona ipso iure ad donantem redeat? Et extat responsum las. alienationem non valere, & dominij translationem impediri. las. consi. ccxj. in ij. Sed ego semel atque iterum contrarium respondi: quia speciale id in pacto legis commissoria, & adiectionis in diem est. Bart. l. j. de dona. que primū contractum rescindunt, & nec à principio translatum fuisse dominium videri faciunt. At hæc pactio nihil retrahit, sed post donationem perfectam dominiumque translatum subsequenter alienationis contractū rescindit, quod fieri pacto absque constituti clausula non potest, & ipse hic satis ostendit. Addit Bar. \* quotiescumque alienatio irreuocabilis esset, promissorem precise cogi vt pactum seruet, & ab alienatione abstineat, dominiumque tali casu non transferri. l. ea quidem. C. si man. ita fuit. Vnde videmus nō posse ad libertatem eum seruum perducere, de quo actum est ne manumitteretur. l. seruus hac lege. de manu. l. ille seruus. in fi. qui & à quibus. que sententia communiter recepta non est. Quia videmus, si pacto cautū sit, ne locus fiat sacer: sacrari nihilominus posse, & promissionem in id quod interest, solum obligari. l. fi. vbi glo. Bal. Salic. C. de pact. inter empt. & tamen locus semel sacer, amplius prophana non potest. l. inter stipulantē. §. facram. de verb. obli. Quid ergo censuimus? & crediderim speciale in seruis esse, vt maior sit dominorum in his autoritas, illique metu talis pœnæ fidelius seruiant. Vnde tali pacto lex, Elia Sentia. conditionem personæ eorum mutabat vt nec dedititia quidem libertas, eis prestari possit, que hodie sublata est. Institut. de liberti. & l. j. C. de dediti. liber. toll. Cum ergo huiusmodi pactum rem ipsam afficiat, talem alienationē impediri. d. l. ea quidem. l. fi. C. qui non poss. ad lib. Sed quid si is cui promissum fuit rem nō alienari, manus iniunctionem sibi retinuerit? & videtur ad herere rei id pactum, & ideo alienationem impediri. l. si quis sub hac. de contrahen. emp. quod Bal. censuit, & nō pauit alij. Bal. l. ij. C. de pig. gl. verbo, licentiam. auth. vt de extero. las. d. §. ea lege. & c. Ex scriptis ad eam quoque; questionē inferri potest, \* an si arbiter ex aliqua causa alienare rē prohibuerit, translatio dominij impediatur? & constat non impediri. c. Raynal. de testa. in glo. verbo, neutra. cum enim arbiter omnem potestatem

potestatem ex compromisso habeat. l. non distinguimus. §. de officio. de arb. videtur hæc prohibitio per contractū, id est, compromissum facta esse, & ideo alienationem non potest impedire. Vnde solet dici, quicquid per contractum fieri nequit, nec quidem arbitri sententia fieri posse. Ang. consi. ccxxvij. punctus talis. Nec refert, an homologia accesserit, adhuc enim in solam vim transactionis valet. glo. §. si verō. in auth. vt diff. iud. Nec etiam refert, quod ex ea deo actus. glo. d. c. Ray. Crot. hic. ea enim actio que ex iudicatio descendit, personalis est, nec ius emptoris impedire potest. l. j. §. si hæres percepto. ad Treb. Supra scripta tamen conclusio intelligenda est, nisi compromisso accesserit hoc nomine hypotheca, & quidem specialis eius rei de qua agitur respectu. d. l. si creditor. §. si. quo casu defendi Alex. responsum potest. Alex. consi. lix. in v. Item intelligenda est, nisi is arbiter ex legis municipalis necessitate aditus sit, tali enim casu censeretur iurisdictionem habere. l. fi. C. de iud. Dec. consi. xj. & ideo non minus eius precepto impediri alienatio potest, quam iudicis sententia. l. si sciens. §. de contrahen. emp. Sed ego nec sententia quidem iudicis impediri alienationē posse arbitror. cum enim eius sententia dominium absque traditione transferri nequeat. glo. §. si. Insti. de off. iud. Doct. l. ex hoc iure. de iusti. & iur. nec impeditur quidem translatio eius debet. quod & receptus esse Alex. hic fatetur. Si tamen aliqua ex causa alienationem lex impedit, secus esset, vt prodigis & furiosis. l. is cui bonis. de ver. obli. l. Iulianus. de eur. furio. vt his qui suspecti sunt, dum de adeunda hæreditate deliberant. d. l. si sciens. & l. qui fun. dum. §. qui sciens. de vscap. pro emp. vt ei qui reip. obligatus est, & extra eius territorium discessionem parat. l. de sollicitationibus. de pollic. vt cum his respectu rei ipsius pendet, & index interim precepit non alienari. l. si creditores. in fi. de priuileg. cred. l. fin. §. ij. de dol. excep. vt cum aliis vitium litigiosi contrahitur. l. j. C. com. diuis. vbi Barto. his enim casibus dominij translatio impediretur, non tam iudicis sententia, quam ex procedenti causa, quam sententia ipsa non inducit, sed inductam declarat. l. litibus. ad fi. C. de agri. & censu. li. xj. Vnde arbitraret, si ab aliquibus de re non alienanda conuentum est, non tamen ideo alienationis prohibitionem confirmari, quod index tali contractui autoritatem suam presterit, quicquid Bal. exi 33 stimarit. Bal. d. l. fi. C. de pact. inter emp. Crot. hic. \* Caterum & ambigua est illa questio, an prohibita alienatione hæredis, instituta

36 institutio prohibita censetur. & non est dubitandum appella-  
 tione alienationis eam quoque vi verborum comprehendi,  
 quæ in heredem sine scriptum, sine legitimum sit, si prioris.  
 §. certum. C. de secun. nup. l. statuliberi à cæteris. in fin. de sta-  
 tuliber. Et ideo si quis Titio, aut Scio alienare prohibitus sit,  
 nec quidem Titio hæreditario rem ad eos pervenire sine l.  
 codicillis. §. matre. j. tit. j. tenetur enim curare, ne res ad per-  
 sonas veritas deveniat. d. l. si ita quis. §. ea lege. Idem si testator  
 alienationem prohibuit, iussitque in familia rem relinquere, non  
 poterit extraneus ex testamento eam in effectum habere. l. peto. §.  
 fratre. j. tit. j. sed tanquam per fideicommissum grauatius fami-  
 liæ restitueret, non deducta Trebellianica. auth. sed in ea. C. ad  
 leg. Falc. Sed an in hoc casu filia admittitur? & constat filiam  
 quoque ex familia paterna esse. l. voluntas. C. de fideicom.  
 Aret. consil. lvi. in primo. & ideo nec ipsa à fideicommissum exclu-  
 detur, aut succedere prohibebit. gl. d. l. pater. §. Iulianus Agrip-  
 pa. j. tit. ij. quod & in sorore receptum est. Curt. consil. lxxij.  
 colum. xij. Non tamen perpetua est supra scripta conclusio, si-  
 quidem Papiniani responsio traditum est, cum patronus pe-  
 tisset, ne de nomine familia fundus exiret, libertæ filium  
 matri intestate in eo succedere. l. cum pater. §. cum inter in-  
 fra, titul. primo. Cuius rei rationem non eandem Doctores,  
 adducunt. Accur. id esse sentit, quia filius libertæ saltem lata  
 significatione, ex familia libertorum esse, argu. l. si. C. de libe. &  
 eorum lib. videturque mens testatoris esse, ut nec ipse exclu-  
 datur, sicut nec mater sua, quæntis femina non excluditur. quod  
 Fulg. ex veteri sententia respondit. Fulg. consil. cxvij. Salice. d. l.  
 ea lege. glo. Pet. Bal. Albe. Imol. Rapha. d. §. cum inter. Durum  
 enim esset, matrem admitti, filium verò ad eam matri iunctam  
 excludi: quod Bald. censuit præsertim cum testator de familia  
 libertorum, non autem propria sit locus. vt R. aph. ibi perpen-  
 dit. & hæc quidem veteres. At Bart. cum per se alijs ex eo  
 responsio generaliter adfirmat, prohibita alienatione extra fa-  
 miliam, non censeri prohibitam eius hæredis institutionem,  
 qui omnino ab intestato successurus esset, sicut est fili<sup>o</sup> matri-  
 quem intellectum ego Pap. responsio magis quædare arbitror.  
 cum enim simpliciter petisset testator, ne de nomine familia  
 fundus exiret, non videtur voluisse simplex fideicommissum  
 in casum mortis inducere: vt infra videbimus, sed limitatum  
 duntaxat in casum alienationis. l. vnum. versic. quod si talia. j.  
 titu. j. l. pater filii. ad leg. Falc. Unde qui ab intestato hæredem  
 relin-

34 relinquit, non videtur cōtrafecisse, cum non ipse, sed lex eam  
 hæreditatem proximo deferat. §. nunc igitur. authen. de resti-  
 tutione fideicom. Bald. consil. i. ij. sicut nec qui in vita prohi-  
 bitus est alienare: nam propter certi temporis adiectionem  
 non prohibetur hæredem instituire. l. pater. §. fundum. j. tit.  
 ij. Bald. consil. cclxxxij. in ij. Quod si testator vltus proponatur  
 verbis, non simpliciter alienationis prohibitionem, de qua Bar-  
 tol. loquitur. d. §. ea lege. d. §. fratre. sed fideicommissum ab-  
 solutum, etiam in casum mortis significantibus: tunc absque  
 dubio hæres sine scriptis, sine legitimus, qui ex familia non sit,  
 restitueret tenebatur. l. Titia. ij. §. Scia libertis. de leg. ij. vbi Al-  
 be. Socl. qui Romæ. §. cohæredes. j. de verb. obl. & consil. eclj.  
 Idem censuit Ias. etiam si fideicommissum in casum alienatio-  
 nis tantum sit, sed prohibitio concepta sit verbis generalibus,  
 vt quia iussit testator, ne quoquo modo, aut titulo domus  
 in alium transferretur. videtur enim etiam successione sicut  
 & quilibet necessaria alienatione prohibuisse. l. quidam testa-  
 mento. de fideicom. libe. Aret. l. Pantonium. §. j. de acqui. hære.  
 Card. consil. cxxxv. Soc. d. consil. eclj. quæ sententiæ & Crot. sequit, &  
 à communi opinione non disidere arbitror, quicquid Ang. Alexan-  
 derq; quadoq; responderint. Alex. consil. clivj. in ij. Sed quod si pro-  
 hibitus extra familiam alienare, ptermissio extraneis, quibus sibi inte-  
 stato successisset, alii extraneis instituerit: & Soc. censuit nulli  
 familia locum esse. Socl. Marcellus. §. quæ ad Treb. in col. j. cum  
 enim omnino familia ab extraneo excluderet, quod in testamento  
 successisset. d. §. cum inter. sua non interest, quod alius fuerit insti-  
 tus. arg. not. p. Bal. l. pe. C. ui. hic. col. ij. displicet & mihi. phibi-  
 tus enim alienare, ab intestato hæredem habet, quia nulla est inde  
 votio argui potest, cum non ipse, sed lex hæreditatem eam tribuat.  
 quod diserte Iustinianus affirmat, & alij quoque senserunt. d. §.  
 nunc igitur. Bald. authen. contra. C. ad Treb. But. consil. xxxv.  
 Aret. d. l. Pantonium. §. j. At si hæredem extraneum instituit, &  
 legitimo præfert, manifeste testatoris voluntati aduersatur, me-  
 rito impleta conditione vocatur familia. nec enim tunc lex  
 in legitimum hæreditatem transfert, qui prætermisus est. le-  
 gitimi igitur existentia nihil operatur. Sed magna est hæsi-  
 tatio, quid si testator simpliciter prohibuerit bonorum vendi-  
 tionem, an comprehendatur omnis alienatio? & sunt qui vendi-  
 tionis appellatione non contineri omnem alienationem ex  
 vi verbi existimant, sed solum ex interpretatione, seu exten-  
 sione



sione, que fieri solet, quoties eadem ratio subest. Bal. Alex. l. iuris. in princ. de pact. Imol. l. in ædibus. §. j. de don. Pau. conf. clxx. super primo videtur. ego ex vi verbi generaliter accepti contineri potius arbitror. l. sicut. §. venditionis. quibus mod. pig. vel. hypo. nec dubito, quin hæc cæterorum mens fue rit. cuius rei illa est ratio, quod veteres omnes alienationes vèditiõne vera vel imaginaria celebrabant. Vnde & testamen ta per ædem & libram, cum familiæ emptore fiebant. Instit. de testa. in princ. Sic & adoptio & emancipatio. §. sed emancipatio. Institu. quib. mod. ius pa. pot. sol. Sic & donatio, cum quis rem magni valoris nummo addicit. l. si quis conduxerit. loca. idèq. in similibus. Igitur in pposita questione ex cõmuni sententia concludendum est, prohibita venditione, omnem alienationem prohibitam videri. l. statulibere à cæteris. in fi. de statulibe. gloss. l. ij. C. pro emp. idque tamen, quia verba generaliter accepta, ex veterum more hoc significat, tum quia & mens testatoris hæc verisimiliter esse presumitur: qui si noluit vt etiam accepto precio alienaret: multo magis id noluit eo non accepto. & idèõ nec permutatio concedetur. l. cum hi. §. penul. de transac. vbi Docto. nec hæredis institutio. l. pater. §. fundum. j. titu. ij. Pau. d. conf. clxxv. nec alia translatio. Proceditque hæc conclusio, etiam si testator pœnam adiecerit. Nec enim odium pœnæ sufficit, vt prohibitionem restringamus. d. §. fundus. & in pœnalis quoq. verba generaliter accipiuntur, quoties eadè ratio hoc suadet. c. um lege. §. de testa. vbi Aret. vnde lex pœnalis, emphyteute meliorationes vendenti iubet, vt domino quinquagesimã soluat, habet locũ etiã in donatè, aut legatè, aut permutatè. tenetur enim talis ad laudatiũ: vt omnium ferè calculo receptũ est. l. fin. C. de iure emphy. vbi Ias. 35 col. xij. **Procedit** rursum etiã in legibus municipalibus. & idèõ si statutũ sit, ne agri territorij alienigenis vendantur: nõ est dubitandum, nec donari quidem, aut alio titulo dari posse. gloss. l. quem ad modum. verbo. vendi. C. de agri. & cen. lib. xj. ratio enim statutũ est, vt possessores facilius cogi ad subeunda onera possint. l. de pollicitationibus. in fi. de poll. cui rationi generaliter in omni alienatione locus est, cum externi difficiliter compellantur. Bar. l. rescripto. §. fi. de mun. & hono. cui consentaneum est, quod ex factõ Alexan. respondit. cum lex municipij venditionem prohiberet, etiam locationem ad lögum tempus, qua vile dominium transfertur, vetitam ceteri. Alex. conf. j. col. iij. in iij. **Qua** ratione & ipse quãdoque aduersus

veteres

veteres censui, statutum, quod venditioni resistebat, ad dationem quoque in solutis referri deberi, quoties scilicet eadem ratio substat: aliàs veterum sententia standum esse. Ios. And. in Speculo, de emp. §. nũc videndũ. Aret. confil. cxxv. Alex. lxxvj. in v. **Excipiuntur** à prædicta cõclusionẽ tres casus. Primus, cum verbum venditionis, ex adiectione aliqua restrictum apparet, vt cum lex non solum venditionis, sed etiam aliorum contractuum mentionem facit, puta, donationis, permutacionis &c. d. l. iuris gen. c. j. de his que fiunt à præla. Ex speciali enim expressione, generis nomẽ restringitur. l. doli. de verb. ob. Idem si dictum de venditione sit, quæ iusto precio fiat, precij metio indicavit ex vi verbi de stricta significatione agi. gloss. l. j. §. j. de superfic. ver. agendo. quod hæc iuris Ias. attingit. Tali ergo casu non nisi per extensionem ad cæteros contractus dispositio ex rationis paritate produceretur. d. l. final. de iure emph. Idem cum lex separatim respectu cæterorum contractuum loquitur, vt in tractatu, de contrah. emp. Sunt qui idem putent, cum communis loquendi vsus solum pro stricta significatione sit. l. librorum. verif. quid ergo. j. titu. ij. Sed ego non arbitror, idèõ excludi etiam generalem significationem, cum vterque sensus commodè accipi possit. d. l. librorum. in princ. vbi Bart. Alexan. & Moder. in rub. §. de iuris d. om. iud. aliàs conclusio subuerteretur: quia vulgari sermone, vendere, accipitur hodie stricta significatione. Bart. l. si quid earum. in princ. j. tit. ij. Secundus est casus, cum verbum venditionis, propter rationem dispositionis restringitur. d. l. sicut. §. sed si permiserit. vbi Bar. vt cum lex curialibus prohibet venditionem, poterunt enim donare. l. fin. C. de præd. curia. lib. x. Nam ratio prohibitionis fuit, ne accepto precio in alienas regiones dilaberentur, & mu nera curiæ euitarent, quod non est verisimile eos facturos, si 35 precium habere non possint.\* Sic si prætor tutori permittit, vt agrum pupilli vendat, non tamen poterit duxat obligare. l. si pupillorũ. §. si prætor. de reb. eorũ. vbi Albe. quia quãdoq. vtilior pupillo est expedita venditio: & quia forma decreti prætorij seruanda fuit. Sic lex militibus emptorem prædiorum prohibens, non impedit quin hæres institui possint. l. milites. j. in fi. de re mili. ratio enim legis erat, ne studio culturæ à militia auocarentur, que pari modo non subest, cum quis suo precio adeptus rem est, & cum ex successione habuit. fortuita enim illa successio, affectionem militis nullam arguit. l. cum hi. §. planè. de transac. Sic responsum extat, cum testator

fauore

fauore xenodochij venditionem prohibuiffet, non cenferi permutationem veritam, quæ meliorem hofpitalis conditionem faceret, argu. l. ita conftante. §. de iure dot. Pau. cõf. cclxix. in j. Tertius eft cafus in ftatutis odiofis: in eis enim anguftior fignificatio accipitur. Ioan. Andr. in Specu. d. §. nunc videndum. vnde fi imponatur vctigal animalia videntibus, nõ cefe bitur etiam donantibus, vel permutantibus indictum. Bertachinus in tractatu de gabellis. cõtraua parte principali. particula ij. q. ij. Sunt & qui generaliter idio in qualibet materia, que à iuris comunis orbita recedat, exiftiment. Aret. confi. cxliij. Alexan. d. confi. lxxvj. Sed hoc ab ea quæftione pendet, quomodo in exorbitantibus à ftricta fignificatione, ad latam fiat extenfio. quam de verb. fign. lib. ij. latiffimè explicauit. Addit Bald. idem in quacunq; ftricta materia refpondendum. Bald. l. voluntas. C. de fideicõ. quod ego faluis fuprà fcriptis temperari abitor. Et ideo eius decifionem indiftinctè non laudo, qui tradidit in contractibus, quia verba ftrictè accipiuntur. l. quicquid. de verb. obl. prohibita venditione, de cæteris aliena tionibus actum non cenferi. quod defendi in contractibus limitationis poteft: qualis eft mandati, qui certa forma propter rationis diuerfitatem coërcetur. l. cuiunque. §. non tamen.

37 de inftit. \* Quæ ratione mulier vendere & donare poteft, fideiubere verò non poteft. l. ad Vellei. quòd hie cafus fpecialiter S. C. exceptus fit. Sic & perfona f. emere prohibeatur, nõ impediatur quin pignori accipiat, quia difpofitio limitata eft. cum fecus fit, fi res ipfa vendi prohibeatur, feu extra commercium conftituatur. l. in quorum. de pign. vbi Bar. Sed an prohibita donatione, cefeatur prohibita qualibet alienatio? & Alexan. Iafonq; diftinguendū arbitratur, vt in præcedenti quæftione factum eft. Ego ex vi verbi, donationis appellatione alios contractus cõtineri nullo modo arbitror. & ideo verita donatione, non fequitur fummotum effe ius vendendi vel permutandi. l. cõtra. §. fi. de pact. cum res ipfa, vel precium loco rei venditæ fuccedat. vnde pauperior non fit hæres, cui tali præcepto confultum voluit teftator. Et rectè regula iuris concepta eft, cui effe ius donandi, eidem & vendendi & concedendi eft. l. cui ius eft. de reg. iur. vbi Dyn. & Alb. At in eo cui ius donandi non eft, non dicitur ius quoque vendendi non effe. Sed an faltem per extenfionem cenfebitur prohibita qualibet alienatio? Et regulariter non putarim, cum in difpofitione hominis fiat ftricta interpretatio. c. fin. de accuf. vbi Aret. & in materia ftricta,

ftricta, appellatio donationis neque ad eam donationem trahatur, quæ impropria fit. l. j. vbi Bart. in fi. l. filiof. in princip. de dona. Si tamen prohibitio donationis ex caufa facta fit, quæ alijs contractibus conueniat: tunc fecus effe, argu. d. l. ficur. §. fed fi permiferit. R. ui. hic. defendiq; Alex. & Iaf. fententia poffet, vt quia prohibuerit donationem, quoniam volebat bona fua permanere in familia. Bar. d. l. pater. §. fundum. j. tit. ij. Con  
38 fiquè\* eft, vt videamus an prohibitio alienationis facta filijs,  
ad nepotes extendatur. & receptiffima eft fententia non exte-  
ditur: quæ conclusio maxime procedit, cum nominatim filij pro-  
hibiti funt. §. nos igitur. auth. de reftitutione fideicom. vel cū  
ex eorum moribus conftat habuiffe patrem filiorum prodiga-  
litatem fufpectam. Bar. l. libroru. col. iij. de ver. fign. cum enim  
huiusmodi qualitas in nepotibus non fit, nõ debet ad eos fte-  
ri extenfio. l. fi. C. de nat. libe. Idem fi nepotibus teftator nihil  
reliquerit: cum enim prohibitio alienationis fideicommissum  
indicat, quod grauamen eft, nepotes quibus nihil reliquit, nõ  
poteft teftator grauare. l. ab eo. C. de fideicom. Ang. confi. vij.  
Nec ex eo quòd grauati funt, videntur etiam honorari, vt com-  
munis fe habet fententia. §. l. cum filio. Idem fi in cafum aliena-  
tionis vocati funt nepotes: cum enim fauore nepotum prohi-  
bitio filijs facta fit, non eft veriffimè eos quoque prohibitos.  
quod Alex. hic cenfuit, arg. d. §. nos igitur. Sed ego cum pluri-  
bus generaliter puto confulionem veram: quia fideicommi-  
ffum hoc calu inducitur in pœnam filij alienantis, & teftatoris  
precepto non parentis. Vnde cum difpofitio hæc pœnalis fit,  
cenfetur odiofa, ftrictamque interpretationem recipit. l. quòd  
fi nepotes. de tefta. tut. l. j. §. quare. de vent. in poff. l. Titius. in  
prin. de libe. & poffu. Admitti alij, ideo quoque odiofam effe,  
quia liberam difpofitioni facultatem domino in re fua aufert.  
l. non vique. j. fi quis à par. Socy. confi. xij. & xliij. in iij. Sed  
mihì prior ratio magis applaudit. Idem videtur inferendum  
in fideicommissio effe, vt fcilicet fideicommissum filio iniun-  
ctum, nepoti iniunctum non cenfeatur. eft enim fideicommi-  
ffum onus. l. cohæredi. §. c. fi filia. de vulg. Vnde tâquam odio-  
ffum, non fit in eius materia extenfio, vt appellatione filij, ne-  
pos contineatur. quod Paul. Caf. Cor. Deciusq; refpond. Dec.  
confi. ccxvij. col. quarta. & nos alibi attigimus. Sanè procedit  
fupra fcripta cõclufio, cum prohibitio perfonalis eft. quòd fi in  
rem facta proponatur, tunc fecus eft, quia res ipfa penes quæ-  
ffumque fit, cum caufa fua remanet. Vt fi teftator dixerit, prohi-

beo bona mea alienari extra familiam. tunc nec filius hæres institutus, neque nepos alienabunt. l. peto. §. fratres. j. tit. j. quod Alex. recte tradidit. Sed & si testator personaliter filio prohibuerit alienationem, adiecto quia volebat bona in familia remanere, propter rationem quæ solet dictum ampliare. l. cum pater. §. dulcissimis. j. tit. j. receptissimum est in rem videri factam prohibitionem, & ideo nepotibus quoque alienatione interdicitur. Bar. d. l. pater. §. fundi. mes enim testatoris manifestata illis verbis est, quæ sola in fideicommissis totum facit, soletque vulgo sic responderi. Rom. cõsil. cccclviij. Ioa. de Ann. xlvij. Pau. Castr. cccxxij. Cur. xl. & ex facto vidi sapinus ita iudicari, tametsi Soc. & Dec. contrarij quandoque respondissent. Socyn. 39 cccxxvij. Dec. cccxviiij. Sed quid in fideicommissis dicemus? Testator filijs institutus lubicet, si aliquis eorum sine masculis de eederet, vt superstes succederet, quia volebat in agnatione masculina sua bona conservari: decedit aliquis suscepto masculino, qui deinde moriens filias feminas tantum reliquit, nunquid patris magnus possit ad nepte fratris sui, fideicommissum ex ratione illa generali petere: Et Ias. ex facto cõsultus respõdit, nõ posse. huius enim fideicommissi duo esse capita. Bar. l. ij. §. videndum. ad Tert. Alterũ odiosum, quo filius fideicommissio grauat: alterum favorabile, quo superstes vocatur. Respectu capitis odiosi, nõ debet, inquit, fieri extensio: vt non solum filius, sed etiam nepos grauatũ videatur. Respectu verò capitis favorabilis, ex illa ratione fiet extensio. gl. l. ij. C. de in ius voc. & ideo decedente ultimo filio abique masculis, poterunt nepotes, vel pronepotes aliorum fideicommissum petere. Sub illis est hæc consideratio, sed apud me non satis efficax. Cum enim eam rationem generaliter testator addiderit, nullus est color cur non ad vtrumque caput referatur. mens certè testatoris ex ea ratione manifesta est: quomodo enim bona in agnatione masculina conservabuntur, nisi fideicommissum locum esse dicamus? Concludendum igitur, idem & hoc casu, quod in prohibitione alienationis, esse: cum generalis hæc ratio fideicommissum simplex inducat, vt j. videbimus. Vnde nulla inter hæc constituta differentia debet. Ceterum in rem quoque videri eam prohibitionem Doct. existimant, quæ licet personalis sit, tamen propter aliquam qualitatem, aliam testatoris mentè arguit. vt cum filio prohibet, ne arcè alienet, quæ totius familiarie propugnaculũ erat. gl. l. quoties. C. de fideicõ. Sed Alexand. hic sententiam hanc non probat: & ego s. eam secutus

non

non sum. arg. d. l. pater. §. Julius Agrippa. nisi cum verba testatoris hanc rationem expressim factum futuri temporis respectu afferrent. \* Sed pone, filio factum est legatum in futurum quendam casum, non est dubiũ eo eueniente, si filius sit mortuus, admitti nepotè. l. Lucius. fi. de hæred. instri. Bar. d. l. liberorum. quia tunc appellatio filij, nepotem comprehendit. nunquid tali casu censetur & ipse prohibitus alienare, sicut filius? & ratio suadet, vt sicut sub nomine filij cõmodum capit, ita etiam annexum ei prohibitionis onus agnoscat. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tol. Ruf. hic. cum aquum non sit, vlegatum tanquam filius velit, & fideicommissi onus legato adiectum recuset. l. Papin. §. si cõditioni. l. fi. s. de inoff. testam. et quod alibi quoque attigi. d. l. liberorũ. \* Videamus nunc an prohibitio alienationis hæredi facta, ad hæredem hæredis trahatur. Et aiunt etiam secundum hæredem prohibitum censeri. d. §. Julius. & l. sicut. §. pe. quib. mod. pig. secundus enim hæres etiam propriè hæres est. l. hæredis. de verb. sign. vnde à proprietate verborum recedendum non est. Nam & si nomine appellatio prohibitum hæredem dicamus, appareat tale prohibitionis onus hereditarium esse. l. qui quadringenta. l. Marcellus. in princ. vbi Bar. ad Treb. ideoque ad vltiores quoque hæredes transmitti. l. Lucius. in princ. j. tit. ij. Sed quid si nominatim primo hæredi prohibitio facta sit: & tunc non videatur onus hereditarium, prædictaque conclusio locus non erit. Bar. d. l. Lucius. §. j. quod aduersus Aret. receptissimum est. Aret. l. pater. in fin. de vulg. Sed cur factum personale ad hæredem nihilominus transit. stipulatio ista in princ. de verb. obl. Bar. l. si sic. eo. tit. prohibitio hæc non transit, an quia in contractibus promissor non solum factum suum, sed etiam hæredis sui prestare tenetur, atque de sola testatoris mète interpretanda agitur: vnde si testator rationem adiecit, quæ etiam in vltiore hæredè locum haberet, tunc nihil referret, quòd nominatim primũ grauasset: censeretur enim & ceteri prohibiti. Bar. d. §. fundum. vt & Ias. hic tradit. Sanè & tunc nominatim videtur prohibitus hæres, cum testator vsus est dictione, suprascriptum hæredem, vel præfatum, seu dictum hæredem. hæc enim verba, ad præcedens nomen referuntur. l. qui liberis. de vulg. Bar. l. talis. in fi. s. eod. Sunt & qui idem censent, eum dixerit, ipsum hæredem pronomen enim, ipse, personale est. Bal. cõsult. cccxij. Ias. Mod. hic. Sed ego hanc sententiam veram arbitror, quãdo dictum esset, ipsemet, vel iteratis verbis, ipse ipse

I 2

vsus

vltus esset testator. l. j. §. adipiscimur. de acqui. poss. vbi Aret. & Iaso. Alioquin ex simplici pronomine non videtur actus adeo personalis esse, vt in heredem nō transeat. d. l. stipulatio. verū. sed si se nā & delegans principis subdelegat. lā iudice. C. de iud. & tamen lex dicit, quod ipse iudicet. §. si. auth. vt defuncti. Et cum precario quis rogat, vt ipsi in fundo morari liceat, non de se solum, sed de suis quoque egisse censetur. l. p. e. j. de pre-  
 42 ca. \*Enimvero illud constat, prohibitionem heredi factā vltra quartum gradum non extendi, quod nouella constitutione Iustinianus sanxit. auth. de restitutione fideicō. Cū enim, vt supra vidimus, prohibitiones huiusmodi odiose sint, & strictam significationem fideicommissā plerunque recipiant. Innumis. j. tit. ij. l. si fuerit. de reb. dub. tamen & ex specialitate in diligentia, hoc ius testatoribus concessum sit. gloss. l. illa institutio. de hered. insti. non existimatur legislator id vltorius concedendum, hocque modo vitandum in infinitum censuit. arg. l. qui bona. in si. de dam. infec. g. c. j. verbo, personam. de lege Corrad. Et ideo etiā testator adiecit causam, q̄a vt sit bona ad omnes descendentes in perpetuū peruenire: idē videretur dicendum. Crot. hic in si. quia verba legis clara sunt, loquitur enim etiam hoc casu, cū testator voluit rem perpetuū in familia permanere, nec vnquam de nomine suo egredi. At que differentia adduci potest, familiam dixerit, an descendentes? Familia enim nomen, descendentes in infinitū comprehendit. l. pronunciatio. in si. de verb. sig. quia ratione ne fideicommissum quidem simplex vltra eum gradum concipi poterit. quod ratio & verba constitutionis, itemque rubrica satis indicant, tamen aliter Doctoribus vsus sit. la. Iaco. Bart. d. auth. la. hic. Alex. cons. l. vj. in primo. l. ix. in iij. Illud quoque nō omitterendum, penam priuationis heredi à testatore commutatam, ad vltiores heredes non produci. l. multa. de cond. & demon. Bald. l. f. q. xxij. C. de hered. insti. Aret. d. l. paterfa. Hic consequens est, vt tandem videamus, prohibitio hæc alienationis, quando fideicommissum in casum alienationis tantum inducat, & quando simplex fideicommissum post mortē prohibiti. in qua questione aduertendū in primis est, quem admodum conceperit testator verba. p̄one eum dixisse, Prohibeo bona extra familiam alienari. vel, Peto ne fundus de familia exeat, vel de nomine familie, & non est dubium, censeri solum in casum alienationis fideicommissum esse. l. vni. §. quod si talia. j. tit. j. l. cūm pater. §. cūm inter. eo. tit. l. pater. §. duobus.

bus. j. tit. ij. vnde potest eligere hæres cui det, si verō non eligat extraneo instituto, vocabuntur proximiores ex familia gradatim. l. cūm ita. §. si. j. tit. j. l. f. C. de verb. signif. si intestatus decedat, quisquis proximior, quāuis non familiaris, dūm retur. d. §. cūm inter, quod s. vidimus. sed nunquid hoc casu, si familiaribus denunciaret, se velle vendere, illis detrectantibus poterit cui libet extraneo vendere: & Dy. Bartolus; cūm quibusdam alijs posse censuerunt. l. qui Roma. §. cohæredes. de verb. obli. que sententia non videtur recepta. la. d. §. cohæredes. Crot. hic. col. vj. ego derendi eo casu posse arbitror, quo constaret eam testatoris mentem fuisse, vt omnino vendi res posset, licet in emptione familiam prætererit. l. codicillis. §. institutio. vbi Bar. in si. j. tit. j. Vel cūm quis non testamentum, sed per contractum prohibitus est, quo casu proprie loquitur Dy. euadet enim penam tali denunciatione item quod in su præscripto casu est, cūm testator dixit, fideicommissum ne alienes, & vt in familia relinquas. j. §. seq. & l. pater hlium. ad legem Falcidiam. Vel peto ne fundus alienetur, & vt in familia relinquatur. non enim fideicommissum simplex inducitur, sed in casum alienationis tantum. l. peto. §. fratre. j. tit. j. Et licet hæc in re aliqui controuertant, tunc adeo clara sunt, vt omnis disputatio superflua sit, illa ergo verba, vt in familia relinquas, adiecta tantum videntur, vt causam afferrent, que prohibitionem ipsam confirparet. quod & Alexan. & Soc. censuerunt. d. §. cohæredes. Idem ego arbitror, si dictū sit, peto fundum extra familiam alienari, vt in familia relinquatur. argum. l. pater. §. hlium. j. tit. ij. Nec me mouet Socini aduersantis ratio, qui hoc modo superflue inquit, testator adiecit, vt in familiam relinquatur. l. si quando. de leg. j. valisset enim præceptum, etiam absque ea clausula. Respon. nimis scrupulosa tenuisque hæc est ratio. l. pediculis. §. Labone. de aur. leg. vt ideo differentiam inter hos casus ponamus, fideicommissumque absolutum inditamus, quod non nisi certissimis argumentis maiores nostri inducendum censuerunt. l. Lucius. §. ij. ad Trebe. vbi Dy. Iacob. Albe. Adde quod illa verba, vt in familiam relinquatur, effectum respiciunt, qui ex prohibitione sequitur: at non videtur superflue loqui, qui dicti sui effectum adijcit. d. l. pater. §. fundum. Sicut nec qui quod compendiosè dixerat, deinde explicat copiosius. c. j. cūm gjo. verbo, hlio. de sum. tri. in vj. vbi Gem. vt merito hæc in re Alex. alijsque recentiores à Soc. dissentiunt. Alex. d. §. cohæredes. R. in l. c. xxvij.

quas & in se sequat. vers. codicillum. auth. de rest. fideicom.  
Quod si testator scripserit se prohibere alienationem, quia ve-  
nit bona in familia conservari, maior est altercatio. Soc. & Dec.  
 quandoque idem quod in supra scriptis casibus esse dixerunt.  
 Soc. cccxvii. Dec. cexvii. tamquam ratio illa adiecta solius prohi-  
 bitionis confirmanda causa sit, idem parū sibi ipsi consistit  
 rūt, & alibi contraria responderunt illis scilicet verbis fideicom-  
 missum simplex indica. Soc. consil. xliij. lviij. in iij. Dec. xiiij.  
 44 clxxxij. quia verbum, volo, proprie ad fideicommissa per-  
tinere. l. ij. C. com. de leg. Ar. d. §. cohæredes. & quia ratio per  
modum dispositionis adiecta, ab ipso dicto non restringitur.  
 l. regula. §. i. quis infra. de in. igno. proxiorem sententiam  
que & Alexan. fuit, sequor: quoniam in lege nouella, testator  
in codicillis dixerat, veto nepoti meo, & his qui ei succe-  
dent, ne aliquid in suburbanum, quia volo illud perpetuari in  
familia mea, & nunquam exire de nomine meo, d. authen. de  
rest. fideicom. vers. codicillum. & tamē his verbis admitti ex-  
 45 traneum ab intestato posse. \* deciditur, item que prohibiti-  
onem ultra quartum gradum non extendi, que omnia secun-  
dum vulgarem sententiam, indicant nō esse fideicommissum  
simplex. d. §. cum inter. Quid ergo si testator dixerit, veto fun-  
dum extra fam. alienari, quia volo in familia conservari? & re-  
centiores tere omnes d. §. cohæredes. hoc casu nihil ambi-  
gunt, quin fideicommissum absolutum sit. las. consil. clxiiij. in  
iii. Curt. junior. cxlv. in ij. debet enim per rationem dictum  
ipsum ampliari. d. §. dulcissimis. Nam & in dispositione legis  
videmus si ratio generalior lege sit, ad ipsam rationem atten-  
di, que nihil aliud est, quam mens & anima legis. l. nominis. §.  
fi. de verb. sig. Ergo idem & in dispositione testatoris dicen-  
dum est. Sic & aliis obseruauimus, ex ratione dictum ipsum  
declarari. glo. l. si is qui animo. de acqui. poss. & propter ratio-  
nem adiectam, præcedētia verba improprie accipi. l. si feruus  
legatus. §. qui quinquē. §. eo. vbi Bald. receptumque est, si quis  
bonorum poss. renunciet, non tamen iure civili excludi. quōd  
si adiecta ratione, quia hæreditas damnosa sit, renunciet, secus  
esset. Bald. l. suum. C. de iure delibe. merito igitur & hoc casu  
plurimum pollere ratio ipsa generalis debet, simplexque fide-  
icommissum inducere, cum aliis superflua esset, quia iam  
præcedens prohibitio valebat, & ab hac sententia propter  
Doct. autoritates vix recedendum esset. Audiri tamen qui in  
diuersam partem transierunt, quia nulla lex est, que clarē eam  
 sententiam

sententiam probet, vt testatoris verba limitata, ex adiecta ratio-  
 ne amplentur. nec enim sola ratio in testamentis sufficit,  
 sed dispositio quoque est necessaria. l. quidam cum filium. de  
 hæred. inst. Vnde cum testator prohibitioni valide adiecit, de  
 ita enim fiet, vt fundus nunquam de nomine vestro exeat. lex  
 ait fidei in casum alienationis tantum commissum videri. d. l.  
 pater. §. fundum. j. titu. ij. Et licet Bart. respon. id esse, quia nō  
 per modum rationis, sed enunciationis cuiusdam futuri euen-  
 tus adiecta est illa clausula, tamen non videtur hæc responsio  
 consistere. ea enim locutionis figura, satis declaratur mens te-  
 46 statoris. \* eum & in vitimis voluntatibus, verba enunciativa  
 erga grauatam directa disponant. l. vnum. §. fi. j. titu. ij. etiam si  
 ad futurum euentum referantur. l. paupulum. in princ. j. titu. ij.  
 Sed & sciendum tale preceptum d. vnum esse capitum, altero  
 excludi alienantem, altero includi familiam. Bart. d. l. ij. §. vi.  
 dendum. ad Tert. primum caput odiosum esse, sequens fauo-  
 rabile. Igitur ratio illa generalis, que subijctur, separatumque  
 dicto adiungitur, quod ad odium attinet, strictè debet intelli-  
 gi, vt ei locus nō sit, nisi secuta alienatione: quod ad familiam  
 attinet, largius accipitur. glo. l. ij. C. de in ius voc. vt quisquis  
 de familia gradatim admittatur, secuta tamen alienatione: vt  
 sic clausula illa, à præcedenti dicto restrictionem accipiat. in-  
 telligaturque saluis supra scriptis. Bart. l. j. §. & parui. colū. ij.  
 quod vi aut clam. ne scilicet correxisset limitationem prioris  
 dicti per generalitatem sequētis videatur. l. nō ad ea. de cond.  
 & demo. Videmus enim subsequētia à præcedentibus magis  
 determinari, quam e contrario priora à sequētibus. l. quisquis.  
 j. titu. ij. vbi Bar. Videmus que propter generalitatem suam sunt  
 ambigua, secundum præcedētia declarari, restringique. l. fin.  
 §. final. de vino & oleo leg. Rursus clausulis executiuis præce-  
 dente dispositione non ampliari. clemen. j. de præbend. in fin.  
 sed limitate dicta intra suos limites coerceri. l. age. C. de trās-  
 act. Videmus etiam in legibus non semel rationem generali-  
 ter à iure consulto relatum, secundum dictum restringi. l. cogi.  
 §. sed & si miles. lita tamen. §. à patre. ad Treb. Nam & quis  
 credat, nouella Iustiniani legi locum non fore d. authen. de  
 rest. fideicom. si venisset testator suburbanum extra familiam  
 alienari, quia voluisset perpetuare in familia: nōne quod sub  
 iicitur, ne vnquam de nomine suo egrediretur, tantam vim  
 habere debuit, quātam illa verba, extra familiam: & tamen ibi  
 apparet fideicommissum illud non fuisse impedimento, quia

aluz materia, quâuis remotiores successerint. Lego ex ea cõstitutione hanc rem sic moderare, vt si prohibitus aliquem eligeret ex familia, quâuis remotiorem, posteriori huic sententia adhererem: vt tâquam fideicommissum simplex nõ esset, valeret in eo alienatio. d. l. pater filium. Dec. d. consil. cccxvii. nec enim tunc ratio testatoris offenditur, cum verum sit rem in familia relictam, si verò is prohibitus, hæredẽ extraneo, institutus moretur. d. g. cum inter. priorem sententiam sequere, ne is exterus, aduersus testatoris voluntatem rem habeat.  
 47 arg. l. penul. §. penul. j. tit. j. Superest vt videmus, an res quã testator alienari vetuit, vsucapì possit: & dubium nõ est, alienationis appellatõne, vsucapionem contineri. l. alienationis. de verb. sign. & idẽo concludendum est, vsucapionem quoq; veritam censeri. l. h. §. pen. C. com. de leg. Crot. hic. alias via facile reperiretur, qua testatoris mens fraudari posset. Et ita se habet magis communis opinio. l. vbi lex. de vsucap. vbi Barto. c. cum non liceat. de præscrip. vbi Abb. cum enim in vsucap. vel præscrip. requiratur titulus. l. diutina. C. de præscrip. long. temp. & lex propter testatoris iussum ipsi titulo resistat: consequens est, vt effectus vsucapionis prodici non possit. l. pater. §. Iulius. j. titu. ij. §. disponat. authen. de nup. que sententia maxime procedit, cum huiusmodi prohibitio fauorem minorum respicit, quod omnes latentur. l. ij. C. pro emp. Soc. xliij. in h. in iij. Nec obstat, quod ignorantia emptoris debet sufficere loco tituli. l. ij. veru. si a furioso. j. pro emp. quia hoc procederet, nisi lex vsucapioni propter voluntatem defuncti resistere. Tali enim casu iustus error, totum non est. l. bonæ fidei. de acquiren. re. do. Pau. Calz. d. §. si a furioso. Sed quid si præscriptio iam viuente testatore cæpta fuerit: & tunc non est dubitandum, quin prædictæ conclusioni nõ sit locus. l. qui hæredi. §. si pars. de cond. & demo. non enim tunc argui in de uocio hæredis potest, cum iam viuente testatore cæperit alienatio. arg. l. fundum. in princ. de fund. do. Idem si is qui vsucepit, non ab hærede, sed ab alio titulum habuit: cum enim nec tunc in de uocio hæredis arguitur, pro cedit vsucapio. Bal. d. l. ij. idque Pau. Calz. ex factõ se respondisse affirmat. Paul. d. §. penul. vbi Ias. quem & alij sequuntur. Corne. cxvij. j. volu. si enim ab hærede emisset, secus esset: quia mala fides venditoris, nocet etiam singulari successori. authen. matæ fidei. C. de præscrip. long. temp. \* Idem in præscrip. longissimi temp. cum enim in ea necessarius non sit titulus, sed solum bona fides. c.

j de

j. de præscrip. in vj. cessat ratio conclusionis. & idẽo procedet præscriptio. Bar. l. fi. C. vnde vi. & ita Calzrẽ. Alex. Ias. & ceteri tradidere. Alexan. l. ix. in iij. Soc. cclj. col. penul. Sed num aliquo auxilio aduersus præscrip. hanc succurri fideicommissarijs poterit? & cum præstatum fideicommissi ignorantia, consequens erit, vt ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. l. j. in fin. ex quibus cau. maro. in integ. restitui debeant. quod frequentius receptũ est. Doct. l. cum filius. §. in hac. de verb. obli. Sed & cum proximiores ab eo tantum tempore sint exclusi, quo perfecta est præscriptio: poterunt sequentes in gradu ipsi agere. arg. l. primæ. §. sed videndum. de succ. edict. Interim enim aduersus eos cum agere non possent, nulla currit præscriptio. l. j. in fi. C. de ann. excep. quod eleganter Clau. & Cro. hic censuerunt. Sed quid si sequentes ij proximiorum hæredes sint, an sicut autores sui exclusi sunt, & ipsi reiciantur. l. cum a matre. C. de rei ved. Et cum ex persona propria agatur, non viderentur reijcendi. l. fi. C. de emic. ex negligentia enim proximiorum, qui præscribi permiserunt, nulla obligatio oritur, que eorum successores ex propria persona agentes alligare possit. Sanẽ ex supra scriptis quoque consequens est, vt si omnes qui in familia sunt, scientes præscribi legitimo tempore aduersus se permisissent, tali casu tutus sit possessor, vt tacitus consensus idem quod exprellus operetur. l. nihil. §. j. j. co. d. l. alienationis. vnde apparet Alex. rationem, que communem sententiam oppugnat, non multum virgere. tamen aliter quoque illi à recentioribus responsum extat.

## DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS LIB. TERTIVS. FF. XXXII.

PAVLVS.

LXX LXXXVII.

**R**E coniuncti<sup>a</sup> videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim<sup>b</sup> eadem res legatur. Item verbis, non etiam re: Titio & Seio fundum æquis partibus do, lego. Quoniam semper partes habent legata-

I S rij.

rij. Praefertur igitur<sup>d</sup> omnimodo ceteris, qui & re, & verbis coniunctus est. Quod si re tantum coniunctus sit, constat non esse potioris; si verò verbis quidem coniunctus sit, re autem non: quaestio est, an coniunctus potior sit. Et magis est ut ipse praefertur<sup>e</sup>.

## SVMMAE RERVM.

- 1 Re & verbis coniunctus ceteris praefertur.  
 2 Verum re coniunctus, verbis tantum praefertur. & nu. 1.  
 3 Voluntas expressa, plus quam tacita operatur.  
 4 Vary intellectus ad l. si ita quis heredes, de her. inf.  
 6 Coniuncti re, quod dicantur, & nu. 16. & qui non. nu. 17.  
 7 Taciti & expressi quando non par nitus.  
 8 Coniunctio quando non inducatur. 13.  
 9 Primum legatum, quomodo reuocari possit per secundum.  
 10 In legatis quoties eadem summa bis expressa est, diuisa sunt praefertiones, quid in instit. nu. 12. 13.  
 11 Legibus coniunctus iuri accrescendi non est locus.  
 15 Vsufructus formalis, à causâ quam differat.  
 18 Verbis coniunctus quis dicantur, qui non. 14.  
 19 Natura distributivi quae sit.  
 20 In limitata causa, iuri accrescendi locus non est.  
 21 Disiunctus, quando uertatur in coniunctam.
- 22 Copula, quando coniunctionem non inducat.  
 23 Iuri accrescendi quâdo sit locus.  
 25 Coniunctio mixta, cuius naturâ imitetur.  
 26 Coniuncti in genere qui dicantur.  
 27 Vary quippiam diuisim datum censetur.  
 28 Coniunctio legalis, cui naturae ad hereditat.  
 29 Duo uncula sunt fortiora uno.  
 30 Inter coniunctos re & verbis, ordo seruandus.  
 31 Fundi appellatione, quid ueniat.  
 32 Coniuncti, separatis praefertur.  
 33 Ius accrescendi in successorem transiit.  
 34 Ius accrescendi, ad seclum transiit.  
 35 Ius accrescendi in emptore transiit.  
 37 Ius accrescendi ante ad fideicom. transcat.  
 38 Substitutus praefertur coniuncto.  
 39 Successorium edictum, unde descendat.  
 40 Coniunctus praefertur substituto.  
 41 Inter coniunctos quando non sit locus iuri accrescendi. & nu. me. 41.  
 42 Filia in dote instituta, residuum iure accrescendi consequetur.  
 44 Exclusio feminis masculis iure accrescens

- accrescendi uitur.  
 41 Defectu solemnitatis, manet actus inutilis.  
 46 Decernere bo. poss. mixti est imperij.  
 47 Inter eos qui diuersa ratione succedant, iuri accrescendi locus non est.  
 48 Inter suos & emancipatos, iuri accrescendi locus est.  
 49 Statutum, quò extantibus masculis, femina non succedant, ad bona extra territorium non extenditur.  
 50 In acquirendis, iuri accrescendi locus est.  
 51 Ius accrescendi pupillari substitutione adiunctum, etiam post acquisitionem locum habet.  
 52 In querela, iuri accrescendi locus est.  
 53 Portio utrûm inuitis accrescat. & nu. seq.
- 54 In legatis, seu fideicom. portio deficiens non nisi nolenti accrescit.  
 55 An portio accrescat cum onere suo.  
 56 Hereditas quare cum onere accrescat, non aere legatum.  
 57 Ius accrescendi, ad portiones hereditarias refertur.  
 58 In conjunctione legali, locus non est iuri accrescendi.  
 59 Vsufructus, seruitus personalis est.  
 60 Filius iusto exheredatus, cui portio non augetur.  
 61 Deportati, damnati, & monachi, pro mortuis habentur.  
 62 Femine extantibus masculis exclusae, masculis partem faciunt.  
 63 Coniunctio legalis an ius accrescendi pariat, quâdo de successione ab intestato agitur.  
 64 Nepos praefertur patrius, in portione patris sui.



- 4 **R**E CONIUNCTI uidentur. Declaratur iuriconsulturn, qui coniuncti re sint, qui verbis. unde colligitur, qui utroque modo dicantur coniuncti. l. triplici. de verb. sign. Demum ostendit, qui ipsorum praefertur, autq; utrinque coniunctum praeferi, quod per argumentum à partium enumeratione probat. Qui utro altero tantum modo coniunguntur, aequaliter admitti traditum est. l. si ita quis. de her. inst. l. Mauius. in prin. s. tit. j. Qui intellectus, quamuis à veteribus communiter approbatus, verbis legis non quadrat. R. ogle. re coniuncti, coniuncto verbis praefertendum hic dicitur. cum enim re coniunctus, à principio ad solidum uocetur, idcircoq; de iure non decrescendi agat, uideatur praefertendus, tãquam de dano uitando tractet. l. h. C. de iu. cod. qua ratione tale ius locum habet, etiam si iure speciali tantum legatum sustineretur. l. filium. in fi.

in fi. vbi Bar. de leg. præst. & ius retetionis impedit aduersum hæredem, eundemq; collegatarium, cuius portio defecerit. l. planè. §. si duobus. versic. planè. vbi Bar. s. de leg. j. obligatque etiam inuitos. l. neminem. s. titul. j. & in contractibus quoque procedit. l. proprium. s. com. præ. Bart. in prin. l. si mihi & Titio. de verb. obl. quæ omnia in eo qui verbis tantum coniungitur, aliter obseruatur. Sed hic intellectus, cum verbis legis pugnat, meritoq; ab omnibus improbat. Hugol. quem Trásalpini & plerique recentiores sequuntur, vtrique coniunctum præferi cæteris ait, at qui verbis coniungitur, ei præferendū, quem sola rei coniunctio tuetur. l. liber. §. cum quis. iuncta gl. verbo, cum. de hæred. insti. d. l. si ita. à contrario sensu. quia sententiam, quia textui conuenit, & ego sequor. Sed quenam est huius rei ratio? Et Petrus ait, quoniam verbalis coniunctio ex voluntate testatoris protentit. alia verò ex rei natura. Plus autem operatur expressa voluntas, quam tacita, & incidens. l. in conditionibus. §. j. de condit. & demon. l. item quod Sabinus. §. j. versic. aliter atque. de hære. insti. Illa facit, vt verè & propriè coniuncti illi dicantur. hæc verò distinctos potius esse ostendit. l. j. §. hoc ita. C. de cad. toll. §. si eadem. Insti. de legat. Vnde legislator istos quandoque distinctos, quandoq; separatos appellat. l. hæredes sine. s. de hære. insti. l. j. §. idem. §. interdum. de vñst. accresc. figura enim verborum non coniunguntur, quicquid hic dicit Bar. col. viij. versic. iij. quæro, quo modo. nune. xxxj. Ego eos qui verbis coniunguntur, vnum corpus efficiere scio. d. l. j. §. hoc ita. quia portionum æqualitas, respectu ipsorum duntaxat est facta, respectu verò aliorum propter corporis vnitatem perinde habentur, ac si re quoque cõiuncti essent, nedum verbis. d. l. planè. in prin. l. coniunctim. s. eod. vt merito eum excludant, vt si sola arincatur. quæ sententiam, nec Bart. quidem eo casu damnat, quo verbalis coniunctio per collectiui nomen induceretur. Bar. j. d. versic. secūdō q̄ro. in fi. tanquam maior vnitatis eo nomine arguatur. l. interdum. de hæred. insti. l. si quis Titio. de vñst. accresc. Næ rationes contrariæ multum vrgent, cum re coniunctus non trahet de damno ante ius sibi irrevocabiler acquisitum. l. Mæuius. §. si duobus. s. titi. j. Et cum eodem modo respectu quorumcumq; aliorum cõiunctus verbis, propter corporis vnitatem re quoq; coniungi censetur. d. l. planè. d. l. cõiunctim. nisi, quodd propter vim verborum testatoris, non cogitur solidum accipere, volens verò potest. d. l. vnica. §. vbi autem. C. de cad. toll. certum tamen est

veterum

veterum opinionem posse defendi, hac specie, Titius hæres esto: Caius & Mæuius æquis partibus hæredes sunt. d. l. si ita quis. Sed quenam huius rei est ratio? & Petr. Iacob. Rain. Alb. coniunctum verbis esse Titium arbitratur. quam sententiam Bart. & cæteri hic rectè improbant. Raph. verò re non coniungi Titium putat: quia qui absq; parte scriptus est, non censetur re coniungi. d. l. item quod Sabinus. §. j. vbi Cast. de hære. insti. Idem Beluti. alia ratione censuit: quia dictio, æquis partibus, ad primam quoque clausulam refertur. d. l. interdum. vbi Imol. & Castr. in prin. Idem & Ias. alia ratione: quia testator secundam institutione videtur ad dupondium transisse. d. l. item quod Sabinus. §. j. quæ omnia falla & inepta, à cæteris confutata sunt. Aliam enim rationem lex affert, quod scilicet testator, Caium & Mæuium non tam videtur coniunxisse, quam cecliter loqui voluisse. quæ verba varijs modis accipiuntur. Saly. sumi præsumptionem celeritatis ex eo ait, quia primò solidum Titio dederat, deinde alios æqualiter vocauit, quasi longiorem sermonem petens, quo oportuisset eum vti, si singulos separatis clausulis vocasset. Iac. Raua. quia non diuersis partibus testamenti, sed continua clausula distincto subiecerat coniunctos. Besut. & Portius, quia inceperat ab oratione soluta, quod friuolum est. Idem Besut. & alij recetiores, quia dictionem illam, æquis partibus, post omnium instituitionem adiecerat. quod probabile non est, quia non facile ad clausulam superiorum separatam fit talis relatio. l. filii. in prin. quando dies leg. iuncta glo. mag. versic. vel. Bar. l. fi. de reb. dub. quod Ias. hic tradit, & ante eum Iacob. Cast. Put. Torquatus, voluerunt. d. l. interdum. Nam si hæc vera essent, sequeretur vt æquis portionibus ambo admitteretur. & tamen lex ait, pro hæreditarijs portionibus admitti, d. l. si ita quis. Bart. d. l. Mæuius. versic. pro portione. ad fi. principij. Ego Titium in dimidia, & alios in aliam dimidiam propter verba legis vocari arbitror. l. liber homo. §. Titius. l. Titius. de hæred. insti. d. l. item quod Sabinus. versic. nam & si vnus. & celeritatem in eo consistere, Quod cum dicturus esset, Caius ex parte quarta, Mæuius ex quarta hæredes sunt: simpliciter scripsit, Caius & Mæuius æquis portionibus. & c. quo casu non tam verbis coniuncti, quam re dicuntur. l. Mæuius. de leg. ij. vt j. dicam, Coniectura autem mentis ex prædilectione Titij sumitur, quod eum primò nominauit. l. Publius. §. j. de eod. & dem. Sal. hic. & quidè ad solidum, & maiore emolumento prosequutus est: & id qui dem



dem in hæreditibus, in quibus non adeo ad coniunctionem attendimus, cum etiam disunctis possint accrescere. l. heredes sine. de hære. insti. Pau. Castr. d. litem cum Sabinus. col. j. perinde ac si inter eos semper esset realis coniunctio. l. ius nostrum. de reg. iu. In legatis vero non tam facile hæc interpretatio acciperetur, nisi cum verba expressa sunt. puta, Mæuius dimidiis, Seio dimidium lego, eisdem fundum Titio lego. d. l. Mæuius. non enim Mæuius & Seius proprie verbis coniunguntur, cum principio non ad fundum, sed quilibet ad rem separatam, id est, partes fundi sit vocatus. arg. l. huiusmodi. §. penult. s. titu. ij. Vnde veteres Mæuium coniunctum esse negabant. gloss. fi. l. j. de usufr. accret. Quippe lex ait, separatim partes fundi reliquas. d. l. Mæuius. ubi glo. vltimo intellectu. Subest tamen tacita coniunctio realis, secundum mentem testatoris à lege inductam. cum enim supra dixerimus, coniunctos verbis, respectu quorumcumque aliorum, etiam re videri coniunctos. d. l. plan. d. l. coniunctum. & l. j. §. idem. de usufr. accret. consequens est, ut quamuis verbalis coniunctio tanquam non rectè cõcepta infirmetur, alia tamen realis à lege inducta propter mentem testatoris, & naturam rei, adhuc effectum habeat. l. si fideiusor. vbi Bar. s. tit. ij. in prin. Et ita ego sentio, licet alij aliter, quos referre, non est operpretium. Hincque apparet, Bar. & veterum sententiam, pariter verbis cum re coniunctum admitti volentium, eo duntaxat casu veram esse, cum verbalis coniunctio imminuta imperfectaq. est: ut quia lex exheredatam potius præfuit. mat. d. l. si ita quis. vel in quotas partes separatim sint vocati. d. l. Mæuius. non enim hoc casu, aut verbis, aut re proprie coniunguntur. sed tamen propter vnitatem sermonis, & mentem testatoris, commixtis coniunctionem capitibus, eam æquali in causa sint, cum re coniuncto admittuntur.

b CVM duobus separatim. Hic ergo diffinitur, re coniunctos esse, quibus separatim eadem res est legata. propter quam separationem, quandoque legislator eos disunctos vocat. d. l. vnica. §. fin autem disunctim. Bar. quarta oppo. in spe. cta enim verborum figura, separati sunt. §. si eadem. Instituti de lega. Vnde existimant aliqui, in statutis municipalibus, coniunctorum appellatione, tales non contineri: sed eos solum, qui verbis coniunguntur. Alij contra. quod enim ad effectum attinet, propter rei vnitatem & ij. coniuncti sunt: fatuusq. est statuta secundum effectum intelligi, quam secundum nudam verborum formam. l. j. §. h. quod quisque ius. cum alibi lex eos quoque in

ter

ter coniunctos numeret. d. l. triplici. & hic videri coniunctos ter dicat, sicut & qui verbis coniungitur. vnde apparet verbum, videri, ad veritatem referri. l. sciendum. vbi Aret. de verb. obl. Nec enim dubium est, verbis veram propriamq. coniunctionem induci. æqualis ergo debet esse determinatio. l. iam hoc iure. de vulg. subst. Intelligenda est autem rectè superscripta diffinitio, & in primis, cum constat eandem rem separatim legatam esse: ut quia dictum sit, Titio fundum Seianum lego, Sempronio eundem fundum lego. Dux enim sunt clausule, quarum singulas suum verbum regit. Quid ergo si vnico verbo regatur? puta: Titio fundum Seianum: Sempronio eundem lego. Et Accur. hic sentit, idem esse. quæ Bestus. sequitur. Sed receptor sententia stat contra. nec obstat quod omnino verbum, lego, respectu Titij subauditur. l. cum quid. si cer. pet. respondeo non subauditur, sed repeti. l. eum pater. §. cum imperfecta. s. tit. j. iun. cta glo. j. \* Quamuis & illud dici possit, hæc in materia parem non esse taciti & expressi virtutem. Bal. l. si Fortidianum. vers. sed si imperfectum. C. de leg. cum expressum magis ostendat testatoris voluntatem, quam tacitum, quod ex natura rei potius descendit, & non tam voluntatem regit, quam ab ea regitur. quæ de re infra. R. ursus intelligenda est, ut separatim quidem relictum sit, sed ab eodem testatore, siue suis tabulis, siue etiam pupillaribus. d. l. plan. §. si coniunctim. vbi Bar. nu. j. l. qui patri. de acqui. in hære. alius in testamentis diuersorum, constat nullum esse ius coniunctionis. l. si sub conditione. §. quibus. mo. vlt. am. Bar. j. opp. Sicut nec in eiusdem testamento, si diuersis personis à diuersis hæredibus relictum sit. l. p. s. de usufr. accret. l. quod ergo. §. si quis duos. s. tit. ij. cum enim testator à diuersis hæredibus deberi vellet, apparet voluisse omnino separatim vtriusque causam esse. & pro rata, onus secundum xij. tab. diuidere. l. pacto successorum. C. de pact. Quod si ambobus hæres iuris interpretatione pro vno habeantur: tunc locus esset coniunctioni: ut si eadem res ab instituto & substituto pluribus relinquatur. quod alibi Bar. docet. d. §. si coniunctim. vbi Bar. Sed & intelligenda est superscripta diffinitio: ut tunc procedat, cum vtrique legato locus est. l. si pluribus. s. tit. ij. alius si per sequens legatum reuocatur, seu transferretur primum, certum esset nullam re coniunctionem induci. Censuit autè Dynus tunc reuocari, cum secundum legatum est, addita primi commemoratione. l. sicut. j. de adm. lega. Quæ sententia in duobus legatis eidem factis certa est. l. non ad ea. de cond.

&amp;c

& demon.vbi Bar. Quod si diuersis personis secundum questionem nostram relictum sit, negat Bar. renouari, vel transferri primū.d.l.triplici. in fin.d.l.Iulianus. in princ.de here.infi. nullamque differentiam constituendam inter legata, & hereditates existimat.arg.l.cūm quaestio. C.de lega.quod & receptius est. Vt ergo reuocatio facta censatur, oportet verba clara esse. d.l.si pluribus. vt cūm scriptum est, quod Titio legauit, id Seio do, lego. d.l.sicut. nam pronomen id, quod, ad totum refertur, idē totum videtur ademptum. secus si dictum esset, idem Seio lego, quia pronomen, idem, vt Valla ait, habet inclusam copulam, que auget, & ad genus potius, quam substantiam refertur. Quod aliqui inter demonstrationis & repetitionis pronomen distinguendum putant, vt Befut. & Put. à quibus nec Bal. nec Cast. esse dī dissentiant. Bal. & Cast. d.l. si Fortidianum. Nam etsi scriptum sit, ex qua parte Seium heredē institui. &c. idē videtur: nihil enim impedit, quin eiusdē partis duo sint heredes. d.l. Iulianus. vel legatarij. d. §. si eadem. Insti. de legat. Sanē quod in diffinitione requiritur, eandem rem duobus relictam esse: recte dictum est, si consistet, eandem rem esse. \* Quid ergo si scriptum sit, Titio decē lego, & Seio decem? Bar. j. q. primā principalis. Et traditum est, non censeri eadem decem. arg. l. quin quaginta. de proba. l. si pluribus. §. j. s. tit. j. ideoque coniunctos hos non esse, sicque in quantitatibus supra scriptam regulam non procedere. Vnde inferitur, quoties in legatis bis eadem summa expressa est, diuersas prestationes esse. Vt si dictum sit, Titio decem, Seio decem lego, non intelligitur eadem decem. idque receptius est. Quod maxime procedit, si dictum sit, dena dari. intelligitur enim decē singulis. l. si quis testamento. §. tit. ij. vbi Petr. Cy. Ray. Imol. Rapha. & per Alex. & Ias. in §. eum qui ita. Sunt autem aliqui casus, quibus de eadem summa actum censetur. Primus, quoties id expressum est: vt quia addita sit dictio, eadem. Insti. de duobus. in princ. vers. duo pluresue. Secundus, quando quantitas iterata non est, puta, Titio & Seio decem. d. l. si quis testamento. & l. eum qui ita. in princ. de verb. obli. idque etiam si sub nomine collectiuo conceptum esset legatum, puta, filiabus meis nascaturis relinquo mille aureos. l. qui quartam. in fi. s. tit. ij. tunc enim non singulos mille, sed vna mille omnibus relicta censentur. l. quidam. in fi. l. sequente. de reb. du. Mod. l. qui filias. §. j. s. tit. ij. vt Imol. atque Alex. & Ias. tradiderunt. Tameñ Bar. quādoq; aliter docuerit. l. si pluribus. vbi Bar. in fi. principi.

pij. s. tit. j. Tertius, quando eidem eadem summa, eadem scriptura relicta est. videtur enim non pluries legasse, sed legatū pluries repetijisse. d. l. planē. §. j. cūm secus sit, si diuersis scripturis fuerit relictu. d. l. quin quaginta. Quartus, cū quis stipulatus mihi decē, Titio decē spōdes. L stipulatio ista. §. eū qui ita. de verbo. obli. Cū enim stipulatio respectu Titij inutilis sit, quia alteri stipulari nemo potest. l. si mihi & Titio. in princ. de verb. obli. censetur de eadem summa actum, eatenusque aliquid mentio Titij operabitur, vt tanquam adiecto solui illi possit. Quod Irenus censuit, & nos approbamus. verumque est, etiam si promissor non sub vna verborum cōceptione respondisset, quicquid hic Bar. diuinauerit. Quintus, cū scriptum est, hares dato Seio decem, & dato Sempronio. intelligitur eadem decem. l. Seic. §. Caio. vbi Bar. de fund. instruct. quod aliqui hic tradiderunt, tanquam duo rei tali scriptura constituti sint. Soc. l. si ex toto. §. j. s. tit. ij. quod tamen iure nostro non satis constat. Bar. l. ij. de duobus. rei. no. ij. vers. aut copu latuē. iuncto vers. secundo casu. no. ij. Subijcit Bar. si eadem res separatim in solidum duobus relicta sit, non esse re coniunctos: quia cūm alter rem, alter estimationem consequatur. l. si pluribus. §. tit. ij. apparet non facere eos sibi partes per concursum, ideoque re coniuncti non videntur. l. coniunctim. §. e. l. idem Neratius. de vusu. accresc. cūm altero non petente, alter rem estimationemque simul non habeat, sed rem tantūm: quare ratione, in legato damnationis, olim nullus iuri non decretescēdi locus erat. l. vnica. §. finautem disunctim. C. de cad. toll. Et ita sentiunt omnes. Putauerim tamen tales aliquo modo posse coniunctos appellari: quia ad eandem rem verbis testatoris vocati sunt: licet necessitas solutionis rem ad diuersa trahat: ideoque legis autoritate estimatio loco rei fit subrogata. Hincque inferitur cōiunctioni huic necessarium esse, vt eadem res voluntate testatoris debeat: nec satis esse, si dispositione legis sit debita. arg. l. ij. de vusu. accresc. Vnde quod Bar. ait, non esse re coniunctos, quibus tacite idem legatum sit. d. l. item quod Sabinus. §. j. intelligendum est tacite, per dispositionem legis. Finge ergo, testator duos instituit in vndecim vneis, duos deinde sine partibus, quo casu in residua vnica ex regula Sabini censetur instituiti. Si vnus posteriorum repudiat, non solum college, sed omnibus semuncia vacans accrescit, quia, inquit iureconsultus, quantum ad ius accresc. non sunt coniuncti, qui sine parte instituuntur. Sed vnde hoc? Accur. ea ver

ba intelligit, quando ambo illi posteriores prorsus separatim vocati essent. l. haeres sine. eo. tit. cum enim diuersis orationibus instituti sint, verbis non copulantur. Et quia quilibet in sententia sua à principio vocabatur, nec re quidem coniuncti videntur, quia interpretatio verba legis coarctat. Barto. verò Angelusq; rectius, qui simpliciter posteriore rem non coniungit crediderunt: quia voluntas testatoris non magis in reliqua vncia quam in dupondio expressa erat. Sed institutio in reliqua vncia, solum intelligitur ex legis dispositione, id est, Sabini regula. quam sententiam & ipse sequor, iungoq; Andree Zaphiri interpretationi, qui dispositionem à lege fieri censuit, vt à principio quilibet in sententia vocatus videatur: sicq; nullus partium concursus sit: quia lex partium separatim factam institutionem interpretatur. \* qua ratione & inter coniunctos legali conjunctione, locus iuri accrescendi non est. l. & Procul. s. tit. j. & supra dixi, in re separatim à duobus haeredibus legata, nullam esse conjunctionem: quia lex duodecim tabularum, proportionibus hereditarijs obligationem diuidit, non testator. l. pe. de vusu. Sic & qui per testatorem ad aliquid inuitati non sunt, sed solum reuocant, & legis beneficio fruuntur: accrescendi non habent. l. j. in fin. l. iij. de vusu. accresc. Quod si voluntate testatoris salte generaliter expressa res debeat, tunc re conjunctioni inducitur. l. si domino Stichus. s. tit. ij. Sed & qui simpliciter scribit, Meuius & Titius haereses sunt, Sempronius ex parte dimidia haeres esto. satis mentem suam exprimit, velle Meuium & Titium ex parte dimidia haeres esse. d. l. triplici. ad si. ideoque re & verbis coniungi: quia dimidia mentio arguit eos qui primis verbis ad totum vocabantur, propter concursum saltem in alia dimidia institui. At vnde cum partium mentio non arguit magis in vncia, quam in dupondio, institutionem fieri: sed autoritas legis hoc inducit: sicque per quotas partes magis solidum explicatur, quam per numerales. Sed & cum quis, Titius, inquit, haeres esto, Caius & Meuius aequis partibus haereses sunt. d. l. si ita quis haeres. s. dixi Titium primo vocatum, ad solidum ceteri, cui dimidia Caius & Seius auferant. d. l. liber homo. s. Titius. cuius rationem s. explicui. Sed quid si scriptum sit, Titio dimidiam, Seio dimidiam relinquo? & constat, non esse re coniunctos, quia de diuersis partibus actum censetur. d. l. Meuius. in princ. nisi didum esset, in eam dimidia in situo, seu in ea ipsa, seu vna & eadem dimidia. arg. l. ij. s. de nau. fo. c. cum in

tua. de deci. vel in dimidia qua Titium institui: vt relatiuum propriam, specialemque relationem faciat, quod hic Barto. tradit. q. iij. d. l. triplici. in fi. d. l. Iulianus. quae sententia maxime esset vera, si alius ad dupondium transfundendum esset. nec enim fit in dubio talis interpretatio. d. l. ite quod Sabinus. s. j. In legatis quoque supra conclusum est, non esse hos verbis coniunctos, sed tamen ad ius accrescendi admitti, ex mente testatoris, perinde ac re coniunctos. d. l. Meuius. \* In institutionibus verò, si duobus tantum relictum sit, puta, Titio dimidia, Seio dimidia, etiamsi adiectum sit, eadem tamen diuersa intelligitur: quia si de vna institueremus, alia dimidia iure accrescendum omnino ad eos pertineret. d. l. haereses sine de haered. insti. Vnde satis est credi in diuersas dimidias esse vocatos. quod & Bar. sentit: vt relatio ad genus tantum fiat. glo. l. si non sortem. s. libertus. verbo. eodem. de cond. inde. eo exemplo, mulier quae damnauit, seruauit. l. dominum. C. de iniurijs. & ibi glo. ij. l. iij. C. de neg. gest. Sed hoc exemplo ego relationem proprie fieri censeo: verum dictionem, mulier, latius accipi. sicut apud Marcum Tullium, Tactus est ille, qui hanc vrbem condidit, Romulus. Antecedens est statua, relatio de homine est. Schema autem non infrequens est, cum id quod simile est, idem appellamus. l. quod Nerua. de pos. Quaeque bibis, hec ego vna bibo, id est, eiusdem speciei. \* Subinde quaeritur, an si vni totum, alij pars legata sit, dicatur re coniuncti. Et constat non esse: quia non eadem res vtri que legatur, cum legato partis, legatum totius minuitur, & species derogat generi. l. seruus. in fi. j. eo. l. vxorem. s. felicisimo. s. eo. Quod si pars sit integralis, secus est: vt quia quis mihi fundum, tibi vsumfr. lege rit. l. si alij. de vusu. leg. fundus enim & proprietatis & simul vsumfructus nomen est. Vnde legando tibi vsumfructum, qui & mihi legatus est, apparet ad eandem rem nos vocari. quod & de pecunia traditum est. l. si tibi decem. de vusu. ea. re. idemq; si vni fundus specialiter, alteri omnium bonorum vsumfructus relictus sit. l. Sempronio. vbi Bar. de vusu. leg. qua in re fructuosa hic recentiores communiuntur. Soc. consil. j. in iij. in vltimo dubio. Idemque si non specialiter vni relictus sit fundus, sed sit haeres institutus in omnibus bonis pleno iure. quod A. lex. ex facto respondit. consil. lvi. perleotis. in iij. Barba. consil. ij. col. v. in ij. Tanquam illa verba, pleno iure, vsumfr. comprehendant, & aliquid operentur. l. mater. vbi Bal. C. ad Tertu. l. fi. s. simili que. C. de bon. qua. lib. ideoque is haeres cum omnium

bonorum fructuario concurrat. Quæ sententia quamvis ser-  
pulo non careat, mihi placet: nisi expressisset testator, se inte-  
grum vsum fructum ei relinquere, quod Bald. tradidit, consil.  
ccccix. testator legauit. in v. Idemque si aliqua alia coniectura  
hoc suaderet. l. & puto. §. i. fami. hercifi. Dixit aliquis, vt Sali.  
15 vt Ias. quomodo ij ad eandem rem concurrunt, \* cum legatari-  
us vsus fructus formalem consequatur, legatarius fundi cau-  
sale: Cõstat autem hæc tantum distare, quantum à seruitute  
proprietatis. l. recte. vbi dixi de verb. sig. fed distare quidem ori-  
gine, non autem executione. alioquin inter ipsos ius accre-  
scendi non esset. L. mulieri. l. si tibi. de vsufu. accref. quod ali-  
bi declarauit. d. l. recte. Et hæc quidem in parte integrali proce-  
dunt. Sed quid in ea quam quotatiuum vocant? Et idem est, vt  
rei coniunctio inducatur, quoties primo pars, puta tertia, vel  
quarta relicta est, deinde totum. Quod Accur. tradidit. d. l. cum  
questio. in glo. magna. vers. si verò. C. de leg. & ceteri probat,  
verum vt ego arbitror, non satis firma ratione. cum enim si pri-  
mo totum legatum sit, deinde pars, Doct. nullam esse re con-  
iunctionem fateatur, sed per speciem generi derogari. d. l. cum  
questio. idem & in casu contrario videtur dicendum. l. si. §. si.  
j. eo. nam lex hæc in re non videtur constitutere differentiam.  
I. qui quadringenta. j. ad Treb. Ias. d. l. cum questio. colu. pen.  
vers. secundum principale. Et qui legata parte, deinde totum  
legat, videtur partem reliquam, totum appellasse. l. quod in re-  
rum. §. pe. iuncta glo. verbo, & domus. §. tit. ij. Sed quid in parte  
numerale, puta, tibi duo decim, mihi sex legauit: Et Doct. idẽ  
sentiant, quod in quotatiua, idque etiã in hereditatibus pro-  
cedere. d. l. cum questio. quod ego verum arbitror, nisi verbis  
civilibus vsus sit testator. l. interduum. §. sed si excellit. l. si ita.  
§. quidam. de hære. insti. veluti, hæres esto in duodecim vn-  
cijs. hæc enim verba, magis ad titulum, quam ad res referun-  
16 tur. l. verbis civilibus. de vulg. \* Sed & quoties vnum legatum  
certa speciei est, alterum in genere, puta optionis. electa illa  
specie certum est, re coniunctionem induci. d. l. si domino Sti-  
chus. Dec. c. pastoralis. §. quoniam. not. iij. de rescr. videtur e-  
nim vtrunque in specie esse, alterum certa, alterum certifican-  
da. quod tamen interiu per seruum questum ante optionem  
fuerit, ad eum duntaxat pertinebit, qui nominatim est reli-  
ctus. l. si heros. j. de opt. leg. Idemque si vtrunque legatum di-  
uersi generis est, fed qualitates vtrique conueniant. ostendunt  
enim eandem rem vtrique legatam. l. Titia. textores. §. tit. ij.  
quod

quod Bestit. & Ias. tradiderunt. Illud quoque non omiserim,  
in casibus quibus generi per speciem derogari s. diximus, re-  
pudiãte speciei legatario sentire Bar. ius nulli accref. esse, sed  
eã partẽ remanere hæredi. arg. d. l. cũ qstio. vers. cũ enim. que  
sententia nõ sat iure nostro expressa est, & mihi aduersus men-  
tem testatoris videtur, qui legato generali satis indicat legata-  
rium hæredi præferendum. arg. l. si. in fi. de aur. & arg. quod in  
vltimis voluntatibus alibi Bar. approbat. l. legatum. §. pater.  
17 de scdm. leg. \* Ceterum & illud probabiliter affirmari posse  
video, rei quoque coniunctionem nullam in summis, seu quan-  
titatibus esse. l. si. §. Seio. §. tit. j. l. cui fundus de cond. & demo.  
quoniam res que pondere, numero, mensura consistunt, fun-  
ctionem in genere suo recipiunt, nec eadem videtur. l. ij. §.  
j. si certum per. nec in eis concursus fieri potest, cum statim viri  
tute copulã, pro rata diuidantur. l. reos. §. j. de duob. re. quã  
sententia, cũ in contractibus certissima sit. §. quod si quis. In-  
stit. de inutil. stip. vt alibi ostendi. d. l. si mihi & Titio. de verb.  
obl. in vltimis quoque voluntatibus par est obseruari. d. §. Seio.  
Vnde si testator scripserit, Titio & Seio centum lego, eadem  
quidem centum intelligentur, vt s. vidimus. d. l. si quis testa-  
mento. sed nulla est re coiunctio: quia videtur singulari quin-  
quaginta legata. d. l. huiusmodi. §. pe. vbi Bar. quod tamen nõ  
procederet, si dictum esset, Titio centum, Seio eadem centum  
lego. §. j. Insti. de duo. re. Addunt aliqui recentiores, vt rei con-  
iunctio inducatur, oportere rem legatam testatoris esse, non  
autem alienam. cum rei alienã dominium, in legatario non  
transeat, nec in ea partes per concursum fieri possint. Sed hæc  
sententia reiecta est. Satis enim est, testator rem ad eandem rem  
vocasse, perinde ac si sua esset. d. l. huiusmodi. §. si Titium. vbi  
Ias. iij. not. nec translatio dominij quicquam facit. Alioquin  
nec in legato quidem optionis esset vlla coniunctio. d. l. si do-  
mino Stichus. cum ex eo non transferatur statim dominium.  
d. l. huiusmodi. §. Stichum. iuncta glo. verbo, nõ poterit. vers.  
dic ergo. satisque est eatenus fieri concursum, ne ius in totum  
irreuocabiliter alteri acquirat. d. l. vna. §. si nuerio non omnes.  
C. de cad. toll.

c I T E M verbis.) \* Verbis coiuncti sunt, quos nominum  
18 complexus iungit. d. l. triplici. alibi verò sic appellatur, qui-  
bus in eadem oratione partes distributã relinquitur. d. l. vni-  
ca. §. his ita. vbi Bar. nu. iij. de cad. toll. At Bar. coniunctos hos  
esse censuit, quibus vnico legendi actã vnaque oratione reli-

dum est. que omnes descriptiones veræ sunt, si tamè rectè de-  
 clarentur. Cum ergo ad vnitatem sermonis attendamus, nihil  
 refert qua coniunctione quis sit vñs, an, &, que, cum: semper  
 enim ad vnitatem sermonis attendimus. d. l. triplici. Idemque  
 si alternatiuam dictionem testator apposuerit. inter personas  
 enim pro coniuncta accipitur: vt in l. cum quidam. C. de verb.  
 sign. Idemque etiam si aduersatiuè scriptum sit, hoc modo, Ti-  
 tio fundū, Seio autè eundè fundū æquis partibus lego, quod  
 Bart. hic tradit. etenim sæpissime vna coniunctio. pro alia pon-  
 nitur. glo. l. eas causas. verbo, eas verò, de cond. & dem. merito  
 ad vnitatem magis sermonis, quam ad illas respiciendum est.  
 Nam & in dictione repetitiua, idem est: dum tamen eadem in  
 oratione, sed vñico in actu adiecta sit. l. sicut. §. j. quib. mod. v-  
 sus fru. amit. Sed & distributiuis nominibus induci hanc con-  
 iunctionem posse receptum est. \* Nec obstat quòd natura di-  
 19 distributiui sit, cui libet actum in solidum tribuere. d. l. huiusmodi.  
 §. penul. vbi Bart. l. si. C. de impu. quia si adijciatur, æquis  
 portionibus, adiectio præualeat, & sola verbalis cõiunctio indu-  
 cetur. quod Bart. rectè sentit. In collectiuis quoque nominibus  
 efficacissima est huiusmodi coniunctio: vt cum quis filios, fra-  
 tres, hæredes, libertos, ad lucrum aliquod vocat. d. l. interdum.  
 d. l. qui quartam. in fi. quod hic Bart. docet. Sed cur partium di-  
 stributio, verbalis coniunctionem inducit: cum omnino sem-  
 per legis dispositione ea distributio inducatur: l. legata inuili-  
 ter. in h. s. titu. ij. ergo quod tacitè inest, si expressum sit, nihil  
 operari debuit. l. ij. s. titu. ij. respondet Bart. exprimi quod vo-  
 luntariè inest, ideoque aliquid operari. l. talis scriptura. ver-  
 bo, presentia. s. titu. ij. Ego aliter exprimi scio, quam inest.  
 Inerat vt concursus fierent partes: quia appellatio fundi, de  
 solido intelligitur: exprimitur vt à principio res censeatur di-  
 uisa. Inerat vt concursus locum haberet, respectu etiam re con-  
 iunctorum: exprimitur respectu eorum tatum, qui verbis con-  
 iunguntur, & in vñico corpus sunt redacti. d. l. planè. in princ.  
 Sed quid si coniuncta inter duas orationes ponatur, veluti, Ti-  
 tio fundum lego, & Seio eundem fundum lego, æquis parti-  
 bus: Et plerique ante Bar. existimabant, coniunctionem verba-  
 lem induci propter vim copulæ. argum. l. si hæredi plures. de  
 cond. insti. que sententia propter autoritatem Bart. reiecta est.  
 Bar. s. ij. oppo. non enim copula impedit, quin plures oratio-  
 nes sint. l. j. s. de vul. ergo nulla est verbalis coniunctio. d. l. j. §.  
 hoc ita. Et licet si solum concepta esset vtraque oratio, nulla  
 verborum

verborum coniunctio esset: vt s. Bart. ait. ita & si coniunctim.  
 non enim inter hæc est differentia. d. l. triplici. Nec obstat, quòd  
 propter copulam plures personæ videantur loco vñici esse:  
 vt lason tradidit. d. l. planè. in princ. quia nõ copula id opera-  
 tur, sed sermonis potius vnitatis. Nec rursus obstat vim copulæ,  
 quæ vtriusque cõcursum requirit. d. l. si hæredi. quia hoc nihil  
 ad materiam iuris accrefc. de qua nos loquimur. Præterea eum  
 in casu supra scripto æquè principaliter respectu vtriusq; con-  
 iuncti apponatur, cõcursum hunc non requirit. l. j. de his qui  
 not. quod Iacob. Butrig. disputauit. Addit Bar. alias quoque le-  
 ges. d. l. sicut. §. j. quibus varijs modis responderi possent: vt hic  
 recentiores indicant: quorum responsones ego consutare,  
 si operaretur existimarem Ego Bart. se quoque, vt propriè nõ  
 dicantur verbis coniuncti. d. l. sicut. §. j. putarim tamè propter  
 mentem testatoris, iuri accrefc. d. inter hos locum esse posse,  
 quoties ea mens ex adiectione eorum verborum æquis parti-  
 bus colligeretur, vt quia ad superiorem quoque clausulam ne-  
 cessario pertineret: tunc enim duas orationes pro vna habuisse  
 videretur. Pone ergo sic scriptum, Titio & Seio fundi lego,  
 & eundem fundum lego Sempronio æquis partibus. Titius  
 repudiat, an solus Seius eam partem habebit? Et non videre-  
 tur, cum dictio, æquis partibus, ad solum Sempronium perti-  
 nere nequeat, sed necessario ad omnes tres referatur. argu. d.  
 l. interdum. in princ. de hered. inst. ergo & Sempronius verbis  
 coniungi censetur. Vnde fiet, vt tres partes distributæ vide-  
 antur, non autem Titius & Seius in dimidiam vocentur: quod  
 esset, si solis verbis coniungerentur. d. l. liber homo. §. Titius.  
 Censetur ergo verbis coniuncti, etiam qui diuersis oratio-  
 nibus coniunguntur, dum testator pro vna eas habuerit, seu  
 vñico actum legandi fecerit. argu. l. Lucius. §. Lucius. s. tit. j.  
 Quod & hoc exëplo traditū est, si testator dixerit, lego Titio  
 fundū, hoc amplius Sempronio lego domū æquis partibus: vi-  
 detur dicta clausula, æquis partibus, ad vtrunque referri. l. do-  
 l. iuncta. l. j. in princ. eo. titu. s. de ser. corrup. & Sempronium  
 Titio in fundo iungi, Titium Sempronio in domo. quod cer-  
 tius esset, si vno legandi verbo tantum vñus esset testator. Bal-  
 d. l. vnica. §. his ita. quãuis etiam si iterato vñus sit, idem sit, vt  
 videatur duas clausulas pro vna habuisse. Sicut ecõtrario po-  
 test vna oratio esse, in qua tamen propter mentem testatoris  
 20 nulla adfit coniunctio, vt cum partes ipsas limitauit. \* Tradi-  
 tum enim est, in linuata causa, nõ esse iuri accrefc. d. locum.

l. dominus. §. per fideicommissum. de usufr. vbi Bald. maximè  
 §. taxatio expressa sit, vt eo exemplo. i. tamen vt decem va-  
 cias Caius, duas autem Seius habeat. l. Lucius. §. que habeat.  
 ad Treb. l. si. j. in prin. si quis ius dicen. idem l. si. in l. j. C. de te-  
 sta. mil. nu. vj. Verba enim & ratio iuris consulti ostendunt, hoc  
 quoque casu, quo verbum, habeat, iterum nō sit, nullum iuri  
 accrescendi locum esse: non solum propter dictionem, ita ta-  
 men, sed etiam quia separate videntur partes. d. l. Mæuius. in  
 princ. Quid ergo si dictum sit, Titio & Seio fundum, ita tamè  
 vt viriles partes habeat, do, lego? & nihilominus putarim verbis  
 cōiūgi. arg. l. si duobus. §. si. s. tit. ij. quia totus fundus à prin-  
 cipio est datus, & non tam limitandi, quam rem inter ipsos di-  
 strībuedi causa ita scriptum videtur. nec ab his disidet, quod  
 21 singulariter Roma. annotauit singulari cccc. \* Quod enim tra-  
 ditur, disinctionum inter heredes, vel legatarios scriptam, in  
 cōiuncta verti. d. l. cum quidam. inquit ille non procedere, cum  
 eadem oratione vtraque tam disincta, quam coniuncta po-  
 sita est. vt, lego Titio & Sempronio, vel alteri eorum. vnde  
 efficietur, vt portio alteri non per ius accrescendi, tanquam ver-  
 bis coniuncto applicetur, sed potius iure nō decrescendi, pro-  
 pter vim disinctione. l. si fundum sub conditione. §. his verbis. s.  
 tit. ij. l. heredes mei. §. si. ad Treb. quod generaliter potest de-  
 fendi in casibus, quibus alternatiua in coniunctam resoluitur.  
 d. l. cum quidam. Quod si dictum esset, vel alteri eorum equis  
 portionibus, seu cuiuslibet pro dimidia, secus esset: distributio  
 enim praeualet, vt supra dixi. Bald. Nouellus d. l. huiusmodi. §.  
 penul. Addit Petrus, quoties in eadem oratione persone non  
 coniunctim, sed solum ponuntur, videri eas coniunctas non  
 esse, & ideo ius accrescendi non habere. Pet. Cy. Albe. d. l. vni-  
 ca. §. vbi autem. Quam sententiam Bart. improbat, cum hac in  
 materia lex nullam differentiam constituat, an coniunctim te-  
 stator sit locutus, an disinctim. d. l. triplici. Sicut enim dica-  
 mus solum, pro coniuncta esse, siue pro disincta. l. sepe. d.  
 22 verb. sign. idem est, vt supra diximus. \* Sanè quoties copula  
 naturam suam non seruat, sed ordine successu accipitur, nul-  
 la vnitas sermonis esse intelligitur, ideoque nec vlla verbalis  
 coniunctio erit. vt cum quis Titium, inquit, filium meum, &  
 eius liberos instituo. dicto, & pro deinde, accipitur. d. l. here-  
 des mei. §. si. vbi Alex. l. Gallus. §. j. vbi Doct. de lib. & posthu-  
 merito nulla est verborum coniunctio. Ad hac illud omitem  
 dum non est, vt coniunctio hac adit, non sufficere vnitatem  
 serm

sermonis, nisi vnitas quoque rei accedat. l. ij. in prin. quib. mo-  
 v. sus. amitt. circa enim diuersas res, nulla est cōiunctio. Vnde  
 supra diximus, eos qui sine parte instituti sunt, in separata se-  
 muncia singulos vocari. Et cum re non coniungantur, verba-  
 lem quoque inefficacem esse. d. l. item quod Sabinus. §. j. Quod  
 & eo exemplo traditum est, cum dicitur, Titio & Mæuio sin-  
 gulos seruos lego. d. l. huiusmodi. §. penul. Existimat tamè (&  
 rectè) Bart. j. q. v. secundo quæro. coniungi quidem hos  
 verbis: ceterum huiusmodi coniunctionem, quod ad ius ac-  
 crescendi attinet, inutilem esse. licet quo ad substitutionem  
 reciprocam, aliqua vtilitas sit. cohæredi. §. ad discretas. de  
 vulga. Raph. & l. vbi effectus nullus iuris accrescendi sit, ibi  
 & nullam cōiunctionem esse cōmiserunt. que sententia cer-  
 tior est, cum dictum est, Titio fundum Seianum in parte supe-  
 riori vsque ad talem arborem, Mæuio deinceps lego. l. j. in  
 prin. de usufr. acres. Cum enim certæ partes separatim adie-  
 ctæ sint, apparet res diuisas esse: quia quælibet pars separata est.  
 d. l. rectè dicimus. d. l. quod in rerum. §. penul. s. tit. ij. Secus er-  
 go si pro indiuisis partes adscriptæ essent. l. Mæuius. §. duo-  
 bus. vers. sed si. s. tit. ij. quod l. doct. nu. lxxix. quod tamen  
 rectè intelligendum est. Nam si quis dicit, Titio fundi partem  
 dimidiam, Seio dimidiam lego. §. dixi verbalem, aut realem  
 coniunctionem proprie non induci. d. l. Lucius. §. que habe-  
 23 bat. d. l. item quod Sabinus. §. j. \* Sed tamen propter sermonis  
 & rei in abstracto vnitatem, locum esse iuri accrescendi, vt æ-  
 qualiter cum re coniuncto quis admittatur. d. l. Mæuio. Vnde  
 vidi dubitari, testator sic scripserat, Titio herede meo de-  
 cedente, filias meas in centum capiendæ ex bonis meis insti-  
 tuto, in reliquum, fratrem meum. Is frater antequam dies fidei  
 commissi cederet, obierat, nunquid saluum sit filiabus ius ac-  
 crescendi. Et aliqui negabāt, propter rerum diuersitatem. at  
 l. si. & Picus contrā responderunt, cum vtrique ad bona vocati  
 sint, quia centum illa in bonis accipiendæ erant. l. nō amplius.  
 in si. s. tit. ij. que sententia sanè dubia est, ne fideicommissum vni-  
 versale accrescat particulari, qd infra videbimus. in institutio-  
 ne facilius defendi potest. l. ex facto magna. s. de here. insti-  
 24 Sed quid, si alteri pure, alteri sub conditione relictum sit: an  
 impediatur verbalis coniunctio? & lason impediri propter  
 diuersitatem qualitatum sentit. d. l. sicut. §. j. secundum solutio-  
 nem Iasnum. lxx. in si. Quæ opinio defendi facile nō potest.  
 l. hæc scriptura. in si. l. si separatim. de cond. & dem. Cum enim  
 consistet

constet realem nō impediri, siue in proprietate, siue in v'sufr.  
 l. idem. in fi. de v'sufr. accres. siue iisdem tabulis, siue etiam pu  
 pillaribus scripta sit. d. l. planē. §. si coniunctim. cōsequens est,  
 vt nec verbalis impediatur, dum vnitas sermonis adsit. Nec  
 quicquam refert defecta conditione, an repudiatione, portio  
 vacauerit. d. §. si eadem. d. l. vnica. §. his ita. verbo, quocunque  
 modo, quicquid h'c Ias. cōmīscatur. nu. xvij. in fi. Sed quid  
 si testator dicat, Titio & Seio fundum lego. & Bart. hōcse non  
 solum verbis, sed etiam re coniungi censuit. aliās frustra in le  
 ge nostra additum esset, æquis portionibus. Hæcque est com  
 munit sententia: vt Ias. h'c docet. d. §. si eadē. versic. cōiunctim.  
 d. l. sicut. §. j. quam ego probari verbis Vlpiani scio, dum si dic  
 tum sit, Pub. Mænius, & Lucius Titius heredes sunt. veniūt  
 inquit in partem dimidiam, & re, & verbis coniuncti videntur.  
 d. l. triplici. verbis enim testatoris solidum vtrique assigna  
 tum est. d. §. vbi autem. & licet copula actum verbi in viriles  
 distribuat. l. reos. §. cum in tabulis. de duo. re. tamē propter re  
 que à principio tota designata est, nempe fundus, non statim  
 distribuit, sed ita demum, si collegarius vellet, & concurrat,  
 quasi ab initio solido relicto. l. vtrum. de reb. dub. vt dictio,  
 quasi, per modum causæ adiecta, talem esse legis interpreta  
 tionem indicet. l. qui Romæ. §. si vbi. Bal. de verb. ob. Sed cum  
 in coniunctione verbalis partes semper, id est, ab ipso vsque  
 principio fiant, in reali verò per concursum, \* quid dicemus  
 in hac mixta, vtrius naturam imitabitur? Et versumile est, ni  
 xtim quoque accipiendam, vt si collegarius aliqua ratione  
 seu æquitate concurrat, censeatur ab ipso principio res fuisse  
 diuisa. d. l. planē. §. si coniunctim. si nunquam concurrat, fuisse  
 pro solido datum. d. l. si duobus. §. si. t. iij. Sicque discernemus,  
 an is per ius accres. veniat: quod quandoque Accur. existi  
 mauit. glo. d. l. coniunctim. & probabile esse Corne. censet. d. h.  
 vnica. §. si verò disunctim. in fi. an verò per ius nō decrescen  
 di, quod Bart. maluit. j. q. principali. vers. iij. & receptius vide  
 tur. Ego tamen supra censui, sicut re coniuncti à principio ad  
 solidum vocatur, ita etiam eos qui verbis tantum iunguntur:  
 quia clausula illa, æquis portionibus, solum eò adiecit, vt in  
 ter ipsos partes separaret, in casum quo admittantur, non vt alijs  
 26 profit. \* Hincque est, quòd lex coniunctos simpliciter definit,  
 quibus singulis totum est datum. d. l. cōiunctim. nec ad re con  
 iunctos restringenda est. Sic & Celsus, toties inquit, ius accres  
 cendi esse, quoties duobus qui solidum habuerunt, concursu  
 diuisus

diuisus est. d. l. iij. de v'sufr. accres. Constat autem inter verbis  
 tantum coniunctos, maximè ei iuri locum esse. Et alibi si ex  
 parte tibi, ex parte posthumo legatum dedidit, quasi ab ini  
 tio solido relicto. l. vel ex parte. l. sequen. de reb. dub. Et alibi  
 coniunctos, vnus persona potestate fungi. d. l. planē. in prin.  
 Et alibi, siue coniunctim, siue disunctim legetur, si ambo per  
 ueniant ad legatum, inter eos scinditur. d. §. si eadem. vt appa  
 reat, à principio solidum esse, idque non in re coniuncto tan  
 tum. & alibi, coniunctione verbis, pro coniunctione nō esse,  
 quoties à principio solidum datum non est: vt si testator hoc fecerit  
 diuiserit. d. l. item quod Sabinus. §. j. vel si qualet hoc fecerit  
 vt quia dixerit, dimidiam Titio, & Seio dimidiā. d. l. Mænio.  
 d. §. que habebat. secundum supradicta. respēdit tamen ipsa  
 rum verbis coniunctorum, inter se videtur partes à principio  
 diuisæ. & hoc est quod h'c dicitur, semper partes habent: quod  
 puto verum, etiam in re & verbis coniunctis, quoniam lex sim  
 pliciter inquit, si coniunctim legetur, constat partes ab initio  
 heri. d. §. si coniunctim. quod est dicendum, si huiusmodi con  
 iunctus admitti nequeat, dum æquitate aliqua naturali, vel ex  
 ceptione adiuuetur. d. §. si coniunctim. d. l. huiusmodi. §. si Ti  
 tio. vel subsit spes quadoque fore, vt admitti possit. d. l. si duo  
 bus. in princ. vel iure speciali eorum alter admissus sit. l. mu  
 lieri. de cond. & dem. l. iij. §. sed si coniunctim. §. hoc autem.  
 27 vers. sed & si coniunctim. de lega. prestandis. \* Illud quoque  
 excidere non debet, quod supra docui, in rebus qui pondere,  
 numero, mensura, consistunt, non posse videri quid vnitum à  
 principio datum, sed diuisionem per copulam factam censeri.  
 l. j. c. si plu. vna sententia. ideoque nullam re coniunctionem  
 induci: hocque casu defendi Petri sententiam posse, quem non  
 pauci sunt secuti: idque non solum in contractibus. d. l. si mihi  
 & Titio. sed etiam in legatis. d. l. si. §. Seio. §. tit. ij. septima. §.  
 titu. j. itemque in his que conditionis implendæ gratia pra  
 stantur, & in his quæ ad mortis causæ capionem pertinent. l.  
 cui fundus. de condit. & dem. Sicq; paucis dissolui multæ re  
 centiorum ambages possunt. Vnde sequitur, si testator scripse  
 rit, Titie & Caiæ lego centum pro dote: censeri separatim  
 legatum, & nullum ius accrescendi esse, nisi collectiuo nomi  
 ne testator eas vocauerit. l. qui quartam. §. si. §. tit. ij. Doct.  
 tamen videtur simpliciter ius accres. hoc casu permittere. Doc.  
 in l. qui filiiabus. §. j. §. titu. j. nisi distributiuo vsu sit testator.  
 puta, lego centum pro qualibet. Bar. d. l. huiusmodi. §. penult.  
 Subijcit

Subjicit quoq; Bart. num. xvj. aliud exemplum vtriusque conjunctionis, quod extra omnem controuersiam est. vt cum testator inquit, Titio lego domum talem, filii et Sempronio. idemque in nominibus collectiuis: vt filijs Titij lego fundum. & hos enim nominis rei; coplexus iungit. quod si adiectum esset, æquis portionibus, verbis solum iungerentur, vt s. vidimus. nec hac in re pugnantia scribit Bart. tametsi recentioribus aliter visum sit. Sed quid in conjunctione legali dicemus? & Bart. num. xvij. videri verbis coniunctos ait, ideoq; eis rem cum onere suo accrescere. l. si Titio & Maenio. §. Iulianus. §. titu. j. At Accur. non verbis tantum, sed & re coniuncti. vocantur enim verbis collectiuis liberi, agnati, cognati. glo. l. j. §. idem. de vsufr. accres. Ego verò profrus distinctos crediderim, vnde inter eos non est iuri accres. in proprietate locis. l. & Proculo. vbi Imol. §. titu. j. quia lex tanquam certa, ab ipso principio singulis partem suam separatim desert. d. l. item quod Sabinus. §. j. & nunc in viriles, nunc in stirpes vocat. authen. in successione. C. de suis & leg. authen. cessante. C. de leg. hæred. Quod si pars repudiata, alteri accrescit: hoc vel ex regula iuris est, quia quis non potest vnum tantum hæredem pro parte habere. l. ius nostrum. de reg. iur. vel quia in locum distincti, plures personas vocat. vt cum plures nepotes ex prædefuncto filio, ad successione aui, cum eorum patre admittuntur. l. j. §. si quis ex nepotibus. de coniung. cū eman. l. si duobus. in prin. de contratab. filij enim tanquam vtroque modo coniuncti potiores sunt in parte, quam frater repudiauerit. Nec puto aliud sensisse Bar. quod & infra attingemus.

**d** PRAEFER TVR igitur. Suprà satis dictum est, quæ admodum intelligenda pars hæc sit. Ceterum non explicat iureconsultus, quo iure præferatur, accrescendi, an non decrescendi. Sed Docto. vno ore existimant propter vim conjunctionis realis, ius non decrescendi esse. d. l. vnica. §. finautem ad deficiens. Veteres tamen iureconsulti ante Iustinianum simpliciter ius accrescendi hoc appellant. l. si separatim. l. hæc scriptura. de cond. & demon. & tractatum de vsufr. accres. simpliciter inscripserunt. Et licet coniuncto re tantum, quem distinctum vocant, ius non decrescendi competere lex dicat, tamen aliud in conjunctione quoque verbali videtur dicendum. quod s. disputat. Nec enim lex Iustiniani de distinctis loquens, ad hos trahi potest, qui vtroque modo iungitur, & partes ab initio faciunt. d. §. si coniunctim. Hic ergo constituitur regula,

vtrinqve

vtrinqve cōiunctū præferri illi qui intrinsicè tantum iungitur. Vnde annotant Doc. \* duobus vinculis quemlibet fortius quam vno allegari. c. j. de treu. vbi Fel. & potentiora esse duo iura, quam vnum. a. i. hoc itaque. C. com. de success. cohære. §. qui discretas. de vulg. quam rem multis exemplis Ias. explicat. Non tamen hoc perpetuum est: nam quandoque plus vni vinculo operatur, quod potētius sit, & duo infirmiora superet. l. nam & si parentibus. de inoff. test. & ibi glo. ij. Bal. l. si arrogator. col. ij. de adopt. vt quia aduersus illa duo stet vitium formæ. l. j. §. si quis ita. vbi Ias. vlt. not. de verb. obl. Vel non ad idē concurrat, sed circa res diuersas distrahatur. l. spadonem. §. qui iura. de excus. tut. l. si sub conditione. in fi. quib. mo. vsufr. Vel de materia agatur, in qua illud alterum vinculum, nullius considerationis sit. Bar. j. col. p. l. vlt. tertio. Vnde in cliente læ successione, frater vtrinqve coniunctis potior eo non est, qui ex latere patris tantum iungitur. quia in hæc fiducijs, ad cognitionem matris non attendimus. Bal. c. j. versic. quarto ergo nunquid frater. & c. de grad. succie. in feud. Sanæ inter ipsos re & verbis coniunctos, est etiam aliquis ordo, qui enim per collectiuium nomen coniunguntur, alijs potiores sunt. d. l. interdum. d. l. si quis Titio. vt cum dictum est, Titius in dimidia fratris mei, filij in alia dimidia heredes sunt. decedente enim vno ex filijs fratris, alij fratres Titio præferunt. Sed hoc exemplum indubitatam est, edum Titius verbis tantum iungatur, at fratris filij etiam re. Sed si dictum sit, Titius & fratris filij hæredes sunt. ambe partes vtroq; modo coniunguntur, nisi quod in dimidia filiorum potior erit ipsorum inter se conditio. l. si pater filio. §. de vulga. quod varijs exemplis Ias. & recentiores docuerunt. Fely. c. pastoralis. col. ij. de reser. Soc. consi. xl. col. pe. in primo. Idemq; cum in vtraque parte adest collectiuium nomen. veluti ius patronatus ædificula meæ volo esse fratrum meorum, & filiorum Sempronij. vnias vocis erunt fratres, vnus filij, quotquot sunt numero. l. si seruus communis. de stipul. ser. Ang. & Imol. non autem ad capita attendemus: quod ex facto Decius respondit consi. cxvij. Quæ conclusio tunc non procedit, cum verba testatoris aliter fiant: vt cum expressè mandauit, vt partes æquales fierent. d. l. interdum. in prin. vel iussit secundum communicari omnibus. intelligitur enim in viriles cum legatario. l. Lucius. in prin. ad Treb. vbi Bart. & l. cū pater. §. dulcissimis. §. tit. j. Idem si vim collectiui nominis per distributiua dictionem premisset, & in eadem oratione omnes



mnes sint possibi. l. si. C. de impub. vbi Cast. Quod si in diuersa,  
 secus videretur. vt cum dictū est. Titius filio meo hæres esto.  
 quisquis mihi hæres erit, sit & filio meo hæres. hoc enim casu  
 hæres testatoris in diuersa oratione scripti semissem, Ti-  
 tius alium semissem auferent. d. l. liber homo. §. Titius. quod  
 31 **Cast.** tradidit, & hic aliqui docent. \* Sed & idem traditum est,  
 cum quis prohibuerit fundum de nomine suo exire: videtur  
 enim vnusquisq; libertorū pariter dilectus, vocaturq; omnes  
 in viriles, idque in obseruato gradu, cum nulla cognatione tes-  
 tatoris iungantur. Bar. l. si cognatis. in fi. de reb. dub. Barba. con-  
 sil. xliiij. col. iij. in ij. Vnde si distinguat testator familiam in li-  
 bertos, & libertas, & testamento manumissos, & alumnas:  
 non tamē videtur alumna, quāuis nominatim expressa, plus  
 relinquere, quā virilem. l. Lucius. §. Lucius. j. suprā titur. j. Ac-  
 cur. tamen & Bar. extraneam hanc fuisse existimant. quod non  
 probō. l. si. C. de verb. sig. l. j. in princ. vbi Iaco. & Bart. ad Syll.  
 cum aliā ratio testatoris non conueniret. Idemq; eūm testa-  
 tor Titium cohæredem adieciisset, alijs collectim nominatis,  
 intelligitur in viriles vocatus. l. qui cum plures. de vulg. Sicut  
 enim illi in hæreditate testatoris vocantur ad partes, respectu  
 totius: ita & in portione deficientis debent respectu totius vo-  
 cari, non respectu dimidiæ, cum in isdem partibus vocati in  
 substitutione essent, quibus in institutione: meritō adiectus  
 non in dimidia, sed in virilem admittitur. Sed & idem quo-  
 que est, cum quis tibi & posthumo suo, non quidem collecti-  
 uē, sed indiffinitē legat: pluribus natis, omnes in viriles admit-  
 tentur. l. vtrum. de reb. dub. vbi si credidisset plures posthu-  
 mos sibi nascituros, omnibus æqualiter prouidisset. quod &  
 Alex. & ceteri probāt. Intellego autem posthumum alienam,  
 qui tamen extraneus testatori futurus non esset. l. pe. §. titul. ij.  
 32 §. posthumo. Inst. eo. \* Enimuerō & illud cōstat, quomodo cō-  
 que coniunctos separatis præferri. l. hæredes. §. de hære. insti.  
 inter separatos verō ius accref. nullum esse. d. l. j. ij. responso.  
 de vusu. accref. idque etiam in vusu. verum est, licet Bestu. &  
 Crot. aliter disputent, quos ceteri rectē improbat. Subiicit ta-  
 men Bart. non idem esse in hæreditate. d. l. hæredes. d. l. vnica.  
 §. his ita. in ea enim pars a disuncto repudiata, cohæredis ac-  
 crescit, quia nemo pro parte testatus decedere potest. l. ius non  
 strum. de reg. iij. Idemq; est etiam in successione ab intestato.  
 l. j. C. quando non pet. par. quia non est concedendum, vt testa-  
 tor pro parte tantum repræsentatus intelligatur. l. j. vbi Barto:  
 nu.

nu. j. de acqui. hæred. Cyn. d. §. his ita. in prin. Et hoc est quod  
 lex ait, absurdum esse euilem hæreditatis partem agnoscere,  
 partem repudiare. d. §. his ita. Et enim donec locus est institu-  
 tionis, substitutus non admittitur, ne contra voluntatem testa-  
 toris quicquā fiat. l. quando diu. l. si solus. de acqui. hæred. & do-  
 nec vocati primo gradu ab intestato partem habent, secundo  
 gradu locus non est, ne contra mentem successoris edicti fiat,  
 quæ gradatim legitimus vocat. Merito ergo etiam inuito por-  
 tio accrescit, ne ius hæreditatis, quod & lex & testator vnium  
 esse volunt, scindatur. Nec me mouent quedam Ias. rationes,  
 contrarium hæc in re disputantis: quia rectē illis & recentiori-  
 bus hic est responsum, & nos eas alibi confutauimus. lib. Para-  
 dox. quarto. cap. octauo. Sed \* an transeat tale ius in successorē?  
 33 & constat transire, sicut & res ipsa. transit. d. §. his autem. & l. si  
 ex pluribus. de su. & leg. & l. cum ex filio. in fin. de vulg. Imo &  
 substitutionem, quæ aliā personam non egreditur, sibi com-  
 mixtam ad successorem trahit. l. qui patri. l. qui ex duabus. iun-  
 cta glo. j. de acqui. hæred. Sed & qui in re certa institutus est,  
 ius accrescendi ad hæredem suum tranfit: ut adeo vt vnuer-  
 salis hæredis deficiens portio, possit illi applicari. quod Bart.  
 nu. iij. & v. tradidit. l. ex factō. col. ij. de hære. insti. Docto. l. quo-  
 ties. C. de hæred. insti. & receptor habet sententia. Crot. qua-  
 stione xiiij. & xvj. Alex. consil. lvij. in iij. cū sit particulariter  
 institutus, si cohæredem non habuisset, totum erat ablaturus,  
 idem si is cohæres non adiuit. quæ de re loco suo tractandum  
 est, fuere enim qui contradicerent. Sed an idem sit, si testator  
 viuens rem illam particularem tradidisset? Et Pau. Cast. respon-  
 dit idem esse hæc in specie, consil. lxxvj. dubitatio vertitur in  
 primo. Testator filiam in dote instituit, quam iam acceperat,  
 deinde alium vniversalē hæredem scripsit, qui non adiuit.  
 respondit ille, incipere filiam tit. institutionis dotem habere,  
 censerique sibi titulum mutale, ne testamento præterita  
 videatur. l. ij. §. pe. de hære. insti. l. fundo. ad leg. Fal. ideoque  
 & ius accref. transmittere. Quæ sententia est vera, nisi cū dotē  
 testator viuens filiz donasset, nullumque ius sibi retinisset,  
 vt quia soli filiz reddi stipulatus esset: cum enim in re sua in-  
 stituta sit, censetur præterita vt Bal. tradidit. l. scimus. questione  
 iij. C. de inofficio. testamento. Sed quid in eo cui vusu fruct.  
 relictus est? Et potest aliquo modo dici, vt ius accref. ad success-  
 sorē transeat, si testator hoc volet. d. l. scit. §. j. Ias. hic. vt quia  
 hæredibus quoque illum reliquerit. l. antiquitus. C. de vusu fr.  
 tametsi

tametsi diuersus vltusfru. sit. l. stipulatio ista. §. sed si quis vti. de verborū obl. aliās verō constat vltusfru. coherere personā, & ad hæredem non transmitti. §. si. Inst. de vltusfru. multoq; minus in successorem particularem, sed ad proprietatem reuertit, nisi ex necessitate iudicij amissus sit. l. interdum. de vltusfru. accresc. & eadem. §. qui cum partem. vbi Bar. de excep. rei iud. Quo casu ad proprietarium non reuertitur. quamuis successorem particularem ex iudicij sententia, sed collegatario accrescit quia vltusfructus non portionem, sed personam sequitur. l. si Titio. in fi. de vltusfru. \* Sed quid in fisco dicemus, qui hæreditatem tanquam ab indigno auferat, an etiam illud auferet, quod iure accresc. in digno hæredi erat accessurum? Et constat nunquam auferre, sed ipso iure fisco ipsi accrescere. l. si totam. de acqui. hære. siue quia indignus voluntatem defuncti effectum non habet, secundum quam ius accresc. defertur: sed incapax, cui restitutum fieri debuit: seu quia fiscus propter delictum hæredis in omnibus emolumentis hæreditarijs autoritate legis tanquam vtilis successor habetur. l. recursare. §. si fisco. ad Treb. l. cum fisco. ad Syll. Vnde & substitutum vulgarem excludit, & conditio, si hæres non erit, fisco agnoscente bona, euanescit. Bar. l. j. quæstio vij. col. vj. nu. xxvj. de vulg. perinde ac si ipse institutus adiuisset, licet in his quæ meri facti sint, aliud sit. Bar. l. qui hæredi. §. cum hæreditas, nume. j. de condi. & demonst. Sicut & cū de alijs bonis agitur, quæ ex alia causa quam quæ in dignitati subiaceret, ad hæredem pertinent. l. ex facto. §. Julius. de vulg. \* Sed quid in particulari successore, puta, emptore hæreditatis, an portio vacans illi accrescet? & videtur exemplo fisci. d. l. si totam. & quia emptor vicem hæredis obtinet. l. ij. §. pen. de hæred. vend. & quia ipse est qui rem habet, ergo & augmentum accessionemque habere debet, quæ iure accresc. fit. l. si ex toto. in princ. §. tit. ij. Sed tamen receptor sententia stat in contrarium, nec enim emptor iudicio testatoris quicquam habet, secundum quod iuri accresc. est locus. l. si in testamento. §. de vulg. nec res quas habet, tanquam hæreditarias habet, sed tanquam emptas. l. ij. in princ. §. ad leg. Falc. l. cum pater. §. quindecim. §. eo. venditor verò ipse precium habet, quod in vtilibus loco rei succedit. l. si rem. de pet. hæred. Item testatorem repræsentat, cum iura directæ ei adhareant. l. ij. C. de pact. l. hæredem, vbi not. mand. qua ratione etiam si precium non habuisset, vt quia donasset, idem videtur dicendum. quod Petr. Cy. & alij tradiderunt, quicquid Soc. responderit

derit. consi. xxxiiij. in fi. libro iij. Nam & videmus in emptore ius substitutionis pupillaris non transire. d. l. ij. §. illud. quæ tamē iure accresc. institutio: coniungitur. d. §. Iulius Leginus.

36 Probabilior est dubitatio, \* an venditor quod iure accresc. consequutus fuerit, teneatur emptori restituere. Et videtur teneri, vt hoc casu Bar. sententia defendi possit. quam & ego sequer, per Barto. nu. ij. d. l. qui hæredi. §. cum hæreditas. si ex qualitate precij alijs; coniectus verisimiliter id actum sit. l. j. de reb. dub. l. si quis domum. §. hic subiungit. §. locat. Nec me mouet quod iura venditori occasione rei competentia, non sententur translata, nisi specialiter actum sit. l. si res. l. si pro re. §. j. vbi Barto. nu. ij. §. de euit. quia aliud est in hac accessione, que rei vendite coniungitur, & eadem res censetur. d. §. illud.

37 d. l. si Titio. Sed \* quid in fideicommissario, an ad eum ius accresc. transibit? & constat accrescere ipsi hæredi: licet deinde ad hæredem ad fideicommissarium iura transcant. l. Papiianus. j. ad Trebel. quod procedit, siue hæres compulsus adiuerit, siue etiam sponte, quicquid Rapha. Com. commentetur, aduersus quem est communis sententia. Addit Bart. ius accresc. à legatario in hæredem trāsire. d. l. hæc scriptura. in fi. itemque quemlibet alium successorem particularem, puta, vt ego intelligo, alium legatarium. In emptore verò hereditatis, aut donatario §. aliter dictum est. Cæterum hic non extra rem queritur,

38 An \* coniuñctus substituto præferatur. Et cõstat potiore esse substitutum. l. ij. §. si duo. de secund. tab. d. l. j. §. in primo. & §. pro secundo. C. de ed. toll. idque propter verba conditionis. Vocatus enim est, si primus hæres non erit: si ergo non sit, ipse admitti debet, & coniuncto præferri, qui tacite in eum casum vocatur, quo substitutioni non sit locus, vt expressa pronisio testatoris tacite præferatur. l. cum ex filio. §. filio. de vulg. certa, ambigua. l. si Titio. §. Iulianus. §. tit. j. ordinaria, substitutaria. d. l. ius nostrum. testamentaria, legalia. si in testamento. §. de vulg. Qua ratione etiam videmus substitutum à testatore eis præferri, quos lex vocat. l. h. vers. si autem. C. de necess. fer. Et ius accresc. voluntate testatoris confirmatum, efficacius eo est, quod solo legis admitticulo innitur. l. quidam. C. de in. delib. vbi Bal. col. ij. Sic & causa testamenti, præferatur cause intestati, quoniam hæc à lege, illa à testatore potissimum prouenit. l. quando diu. de acquir. hæred. Vnde & consequens est,

39 vt \* cum successor iudicium, à mera legis dispositione descendat, iure accresc. sit posterius, cum aliquatenus testatoris menti

concordat. l. meminimus. versic. succellionis. C. de leg. hered. vbi Bald. & Corne. Sed quid in tacita substitutione dicemus an pater repudiante filio, excludet coniunctum & non videtur. l. ij. C. ad Orfi. vbi Bal. Sed cum is etiam expressim substitutum excludat. l. si. §. simili que modo. C. de bo. quæ lib. Bar. l. j. quaestione iij. §. de vulg. consequens est, vt etiam coherede sit potior. Cro. quaestione xvj. Constat ergo eos qui autoritate legis substituantur, coniunctus potiores esse. l. final. vers. tunc enim. verbo. partem. C. de here. infiti. vbi Bald. quaestione pe. cum non multum interfit, an conditio, si heres non erit, sit expressa, an tacite ex mente testatoris intelligatur. d. l. cum quid. d. l. in conditioibus. Constat autem preferri coheredem substituto, quoties non separatim, sed coniunctim substituto a testatore facta est. l. pe. C. de impu. gl. si. & ibi Ias. nu. vj. & Doct. l. quæuis. C. eo. tit. quod alibi diffusius tradit Doct. Bar. l. j. §. de vulg. q. ij. vltimæ partis. Bar. col. x. nu. xlviii. Sed & si separatim concepta sit, præferri nihilominus quandoque coheres, si mens testatoris hoc suadeat, quæ ex dilectione vxoris quandoq; colligitur. l. si. C. de infiti. & subst. Quandoque ex filiorum amore. l. si is qui ducenta. §. si. de reb. dub. vbi glo. si. vnde fit, vt quamuis extraneus vulgariter substitutus, coniuncto, etiamsi filius sit, preferatur. l. si posthumus. §. quod vulgo. vers. ideo q;. §. de lib. & posth. non tamen ita fit, si ea substitutio tacita fuerit. d. l. si. d. l. pen. vbi Bar. in si. In tacitis enim non in claris ad coiecturam statum recurrimus. Hincq; consequens est, quod Bar. ait, ex coniectura mentis testatoris, coniunctum substituto præferri. vt si appareat substitutum non vocari, nisi cum tota hereditas ad se deuoluta sit. l. quidam testamento. de vulg. vbi Bar. vel cum substitutio quoq; alternata est. Ex ea enim arguitur mens testatoris, totam hereditatem ad alterum qui adiuit, pertinere volentis. d. l. si is qui ducenta. §. si. vbi Bar. merito si casibus coniunctus præferetur. quod ideo procedit, quia hisca sunt efficacia: alia si leuis quælibet coniectura sufficeret, confinderetur regula, quia coniunctus præsumitur magis dilectus testatori. l. Publius. in si. de cond. & dem. nisi respondeas verum esse, in parte, in qua expressim est vocatus, non in alia coheredis. Huc pertinet & ille casus, cum testator coniunctos ipsos inuicem substituit: censetur enim per substitutionem ius accres. non peremisse. l. pe. ij. respondo. de in iust. rup. l. testamento. vbi Doct. C. de impub. sed potius electionem eius dedisse, vt ex vtro iure vellent, succederent. l. recursare. §. Titius. & ibi glo. si. ad

Treb.

Treb. l. illud. & ibi gl. si. de acqui. here. nec enim eos inuicem substituendo videtur viam elegerisse, qua iura ipsorum minueret, sed potius vt augetur. quæ receptor est sententia. Alex. d. l. testamento. & consi. cix. in ij. Sed & si substitutio effecta sit ca. duca, non est dubium, saluum ius coniuncto esse. l. si ex pluribus. de suis & legit. Idemque si solennitatis defectu sit nulla. arg. l. si iure. §. eo. quia qui in solennitate peccat, videtur actum elusorij voluisse facere. l. an inutilis. de accept. nec ex eo certum mens elici potest. Et licet aliàs actus nullus iurisdictione defuncti ostendat, rem ab eo cui data est auferetis. l. & si traseram. de adim. leg. l. planè. j. in princ. §. tit. ij. vbi Ias. in j. notabili, hoc tamen casu secus est, ne videatur testator ius accres. sustulisse. Et in dubio credendum est, fauore substituti excludi coniunctum, vt si ipse non admittatur, sit generaliter coniuncto locus, excepto, si substitutio sit nulla: quia res ad causam intestati redacta sit. d. l. pe. primo responso. d. l. si posthumus. §. j. Tunc enim nec substitutus, nec coniunctus admitteretur, sed legitimus. Et supra scripta sententia his casibus maxime vera est, quibus testator ius accres. prohibere non possit, etiam si vellent. d. l. ius nostrum. Superest tunc vt videamus, \* quibus casibus inter coniunctos non sit locus iuri accres. Et quotiescumque quis facit partem, quamuis ad eam non admittatur, certum est ius accres. nullum esse. Dicitur autem facere partem, quando habet ius retentionis, siue iure proprio. l. huiusmodi. §. si Titio. j. §. tit. ij. siue iure succellionis: vt quia legatarius heredi succelleret. d. l. planè. §. si duobus. vers. plane. vbi Ias. vj. notabili. siue ex ea equitate, qua defuncti voluntas apud religiosiores antiquior iure est. d. l. planè. §. si coniunctim. l. si mihi pure. §. tit. j. Alter est casus, quo iuri accres. locus non est, quoties ex causa non iterabili quid relictum est: puta, si legata sint coniunctim pluribus alimenta. non enim ideo plus alentur ceteri, quia alicuius portio deficiat. l. dominus. §. j. de vstr. l. pe. §. j. cum glo. verbo, pro modo. ad leg. Fal. Tale ergo legatum, sui natura certos fines habet, limitatumque est, proceditque hoc etiam si ad pias causas tale legatum pertineat, seu nominatim pluribus pauperibus factum sit. Bar. l. j. C. de sac. san. q. v. Vnde alibi generaliter Bal. in dispositionibus limitatis non esse locum iuri accres. ait. arg. d. l. Lucius. §. quæ habebat. quia limitata causa, limitatum effectum producit. l. age. C. de transac. Alibi simpliciter ait, verbis taxatiuis ius accres. censi prohibendum. d. §. quæ habebat. quæ sententia vera est, cum res sui natura ha

L 2 bet

bet taxationē, vel cū species derogat generi, id est, minor numerus maiori. d. l. cū quæstio. vers. cū enim. C. de leg. v. §. 42 dixi. aliis enim vix defendi potest. \* Vnde filia hæres particula riter in dote instituta, & iussa plus non petere, adhuc iure accrescit. residuū consequi poterit, si heredis vniuersalis portio deficiat. quod Ang. & Imol. censuerunt. l. quoties. §. si duo. de hære. insti. la. hic. nu. cxxvij. Barto. tamen supra scriptis verbis ius accrescit. prohiberi existimat. Sicut quando adiectum est, ne quis plus in bonis suis petere possit. Bar. d. §. si duo. & l. si quis prior. in fi. ad Treb. qua in re magna est. Doc. altercatio. Ego cum Bar. ius accrescit non esse arbitror, exceptis duobus casibus. Primus, cum appareat, fauore alicuius adiectam illam clausulam, qui repudiauerit. cessat enim tunc ratio, vt tale ius prohibendum videri possit. l. filiusa. §. diui. §. tit. ij. Bartol. consi. viij. in prin. in vers. itē relinquit doming. Margaritæ. & c. iuncto vers. in omnibus autem alijs. & c. & vers. sed in dubitanter. nu. v. Alter, cū testator tale ius prohibere nequit: vt si aduersus regulam iuris decedere vellet, partim testatus, partim intestatus. id enim non potest. d. l. ius nostrum. Quod si manifeste appareat omnino voluisse, ne plus ille haberet, adhuc Bar. sequerer, qui ab intest. legitimis admitti censuit: sicut & cū taxatio legis subest. glo. verbo, capiat. l. si is qui. de vulg. quod not. q. Bald. docet, in l. eam quam. C. de fideicom. col. pe. Crot. q. xij. Vnde infert Iac. in fideicommissis vniuersalibus, iuri accrescit. locum non esse. la. hic. vers. octauus. nu. c. vj. cū tunc ea regula non offendatur, cum hæres grauatus rem ipse habiturus sit, qui testatorem in totum representabit. Pragmaticus Papiensis, in libello quo agitur ex substitutione. glo. fi. que sententia ridicula est, cū coniunctus prior sit grauato, siue is particulari, siue vniuersali fideicommissio oneratus sit. d. l. vnica. §. pro secundo. & §. pe. C. de cad. toll. l. filiusa. §. diuus Seuerus. §. tit. ij. nec enim vlla probabilis ratio differentie adduci potest. Et lex generaliter in omni vltima voluntate procedere. ait. Bart. consi. liij. Capra. xxx. in fin. Ana. cij. in §. Soc. xciiij. ad fi. in iij. Intelligenda est ergo la. sententia, quando testator ipse tale ius in fideicommissis, vel expresse, vel distinctione quadam tacite prohibuisset. Bal. d. §. que habebat. Quod facere potest, vel quando fideicommissarij non essent aliquo modo coniuncti. Castr. d. §. que habebat. Quod & Curti. iunior tradit, consi. 43 lxxxij. col. vj. & l. j. in fi. C. quando non pet. par. \* Caterum subiicit Bar. nu. xlj. coniunctum, qui iure speciali aduersus testatoris

statoris voluntatem a lege admittitur, ius accrescit non habere. l. mulieri & Titio. de condit. & demon. Censetur enim lex separatim à principio eum vocare, quamuis alijs figura verborum coniunctus sit. l. iij. §. sed si coniunctim. de lega. præstata. quod regulariter lex solet. d. l. item quod Sabinus. §. j. vnde nihil refert, quod collegataris viuat, & sit vsufructus capax: non enim ideo admittitur, cū separatus sit. d. l. j. in princ. de vsufruct. accrescit. sed ad hæredem, seu proprietarium res reuertitur. Caterum quod dicitur, eum qui iure speciali contra voluntatem testatoris succedit, ius accrescit non habere. d. §. sed si coniunctim. l. filium. §. si legata. eo. tit. Intelligendum est, nisi in casibus quibus tale ius etiam aduersus voluntatem testatoris competit. l. si duobus. in princ. de contrahat. l. j. §. si ex nepotibus. de coniung. cum emanc. lib. vt quia offenderetur supra scripta iuris regula, & quis pro parte testari vellet. d. l. ius nostrum. Alex. consi. xx. col. fi. in j. Item intelligendum, nisi de iure non decrescendi tractaretur, id est, essemus in casu, quod solidū à principio datū esset, id est, in his qui re solum coniunguntur. Bar. l. filium. §. fi. de leg. præst. Suprà autem diximus, re & verbis coniunctos, si concurrant, non videri à principio solidum habuisse. d. l. planē. §. si coniunctim. vt appareat nihil huic sententie la. arg. ob stare. d. l. mulieri. qui plusquam expe diat, in re clara, satagere videtur. Quod si quis altero tantum impedimento coarceatur, non cessabit accrescit. vnde qui simpliciter iure speciali veniunt, admittuntur. quod Barto. in his nu. xlvj. respondit, qui omnia causa testamenti adierunt. l. j. §. si quis omnis. causa. l. j. §. iij. ad leg. Fal. Et Bal. in filiofa. tradit, qui vultē patre ad pias causas testatus est, partimq; extraneos instituit. accrescit enim solidum pæ causa, quamuis speciali iure testamentum valeat. Bal. hac consultissima. in §. ex imperfecto. C. de testa. Crot. q. xj. & sequenti. Sic & receptissimū est, minorem qui in integrum sit restitutus, posse hoc iure vti, 44 & ceteris potiore em. arg. l. j. §. j. de coll. bon. Sic & exclusis statuto foeminis, masculus iure accrescit. vtitur, quamuis specialiter ex lege municipali successione obtinuerit. quod hic Bar. docet nu. xlviij. & alij sequuntur. nam & receptor est sententia, nihil eam partem quam specialiter consequitur, ad alia differre. arg. l. j. §. ibidem. de coll. bo. la. l. si arrogator. col. viij. de adopt. Et ideo æqualiter vtraque posse transmitti, quod alibi docui. l. ventre. de acqui. hæred. vbi Aret. Rursus qui iure communi succedunt, licet contra testatoris voluntatem ius accrescit.

accresc. habent. l. si duobus. in princ. de contratub. quatenus eorum portio à lege limitata non fit, vt j. dicam. l. ex tribus. de bo. liber. l. sine. §. ex duobus. de iu. patrona. qui tamen secundū voluntatē succedunt, prius vocantur, quā qui aduersus eam admittuntur. l. sed cum patrono. in gloss. de bo. poss. Sed nunquid coniuncte personarū, quibus legata beneficio pretoris conferuatur, hoc ius habeant? Et Bar. non habere aduersus eū qui contratab. obtinuit, existimat. d. l. iij. §. sed si coniunctim. l. filium. §. si legata. de leg. præstan. aduersus verō eum, cui portio hereditatis conferuata fuerit, secus esse. d. l. filii. §. si. scilicet. melioris conditionis erit qui aduersus voluntatem admissas est, quā qui secundū eam, portionem suam allequutus est. quod Ias. & recentioribus absurdum, mihi verò consentaneū regulis iuris videtur. Et enim expugnatis tabulis pretor in damnū expugnantis conferuatur legata coniunctis personis facta: at quæ per ius accresc. applicarentur, non possunt dici illis facta, quia à princ. partes diuisę sunt. d. l. planē. secus ergo in iure non decresc. d. §. si. secundū vnam solutionem. item secus in damnum non quidem expugnantis, sed eius cui portio hereditatis conferuata est, qui voluntatē testatoris approbare debet, à qua tibi hoc fieri, alteri ne feceris. l. p. c. de solu. Illud quoque alibi traditū est, ita demū huic iuri locum esse, si portio omnino sit vacans: quod si aliqua naturali equitate sustineatur, nihil coniuncto accrescere. d. l. planē. §. si coniunctim. vbi Doct. quæ sententia vera est, quoties æquitas illa voluntatis testatoris innititur, & rigori iuris adeo præfertur, vt eū æglice denunciatione defendi possit. c. nouit. de iud. Bar. extralica itaq. ad reprim. verbo, per denunciationem. nu. ix.\* Quid ergo si pars ea ratione vacet, quia solemnitate deficiat: vt cum in perfecto testamento quis filios, etiā extraneum instituit. d. §. ex imperfecto. Et constat extranei portionem filijs statim accrescere. quoties enim solemnitas desunt, voluntas testatoris nō presumitur adesse. d. l. si iure. §. eo. fed potius actum ab eo elusorium fieri voluisse. d. l. an inutilis. de accepto. Quid si portio deficiat, quia pacto renunciauerit hereditati, vel legato? Et videretur non esse iuri accresc. locum: quia sola exceptione exclusus est. l. c. de pact. Raph. Com. consil. cxliij. Puto cōtrarium, quod & Raph. respondit. quia hoc casu naturalis æquitas renunciantem resistit. vt nihil refert, an coniunctus aduersus renunciantem ipso iure titulus sit, an per exceptionem. l. nihil interest.

interest. de reg. iu. Quod si accepta aliqua pecunia renunciat set, nō diceretur portio vacare, sed soluta esse. l. §. aduersus. si quid in frau. patron. Bar. l. §. p. c. q. iij. de contratubul. Quid rursus, si qui exclusus est, restitui in integrum possit? Et puto interim non impediti coniunctum. l. ex contractu. de re iud. l. si minor. de acqui. hæredi. ne ius speciale & extraordinarium prius in animaduersione sit, quā impetratum fuerit. l. iij. §. erit. de fideicom. liber. Bart. l. §. de vulg. nu. xlix. quod alibi docui. d. l. §. Sed an nudum nomen hæredis faciat, vt ideo minus vacare portio videatur? Et constat non facere. l. cum hæreditate. de acqui. hæred. Sed pone, quatuor filijs relictis decessisse testatorem, tres intra annū bo. possess. impetrarunt. l. §. largius. de su. ccess. edict. quartus cessauit, id est, interim qui uicit. l. que res. §. arē. in si. de sol. an accrescet ceteris? Et puto accrescere. l. §. c. quādo nō pet. par. nec impediri, quod ius a deundi, seu immiscendi secundū leges ciuiles, vt ad triginta annos illi saluum sit. l. licet. c. de iu. delib. Cum enim bo. poss. nihil aliud sit quā persecutio, id est, remediū executionum, quo prætor hereditatē decernit, eiusq. possessionē dat. l. iij. de bo. poss. l. si. de off. eius cui.\* ideoque & mixti imperij sit hoc iudicium. l. imperium. de iurisdic. om. iud. non debet interim impediri, saluo illi cessanti iure ordinario. l. is à quo fundus. de rei vend. hereditatem quando cunque uoluerit a deundi, hæreditatisque petitionem intentandi. isque uideatur uerus Gordiana constitutionem intelletus. Nam & lex alibi simpliciter ait, cessante hærede intra tempus statutum, ceteris bon. poss. accrescere. l. ij. in princ. de secundū tab. §. cum igitur. Inst. de bo. poss. l. §. quibus. de success. edi. Diuinanque, imō etiā uolant legem, qui eam restringunt ad eos, qui solo iure pretorio vocabantur, non qui etiam ciuili. quod & Ias. quandoque sentit. His consequens est, vt si portio non ipso iure, sed ope exceptionis duntaxat deficiat, non sicuti accresc. locus. quoniam lex ait, vno ex patronis per iuramentum liberti excluso, ius alij nō accrescere. l. si duo. in principio. de iure iu. vbi Bar. nu. j. quod summa ratione statutum est, ne ius exceptionis iuramento liberti sibi acquisitam, alteri proffit. Bal. d. l. vnica. §. vbi autē. in fin. quod & in coniunctione testamentaria procederet: quia non censetur illa portio vacare, pro qua defendenda possessor exceptionem habet. l. vnum. §. ij. vers. verum. §. rit. vbi extraneus cui fundus erat relictus, retinere potest illius fundi portionem, quæ competebat ei, à quo sibi legatus fuerat. sicq. talis

ralis portio cæteris fideicommissarijs non accrescit. d. l. nihil interest. Sed quid in casu contrario, cum portio iure exceptionis verè vacet? Et in hæredibus non impediri ius accresc. Paul. Castr. censuit, hæc speciè, Cohæres meus in integrum restitutus est. non est dubium adhuc ipso iure hæredem esse, & sola exceptione illi succurri. nunquid impediēt me, quin solidum habeat? Et cõstat nō impedire. l. pen. s. de acqui. hære. vbi Cast.

47 Certior \* est illa species, qua traditur inter eos qui diuersa ratione succedunt, non esse huic iuri locum. d. l. sed cum patrone, & ibi gl. verbo, cæteri in fi. Rom. consi. ccviiij. In fi. Hincq; est, quod portio hæredis, patrone non accrescit: quia separatis edicti capitibus vocatur. Sic & patronus, qui in debita portione sit insututus, partem à preterito omisfam non petit. l. siue, §. ex duobus. de iure patrona. ne is qui secundum tab. possessionem habet, partem per contratū vendicet. Et hæc quidem in coniunctione legali verè sunt, que à lege vtræ ad debitam partem limitata est. §. sed nostra. Insti. de success. liber. Sic & vxori nō accrescit: quia ad quartam limitatè admittitur. auth. præterea. in glos. fi. C. vnde yir & vx. Sic & qui necessitate legis aduersus voluntatem defuncti vocantur, separatim vocan-

48 tur: vt supra dixi. d. l. mulieri. \* Hincq; est, quod inter suos, & emancipatos, est locus iuri accresc. licet diuerso iure veniant, quia limitatè non vocantur. §. emancipati. Insti. de hæred. que ab intest. & inter eos qui iure directo admittuntur, cõiunctum cum his. l. Papirianus. ad Treb. Sic portio hæredis vniuersaliter instituti, quandoque particulari adiungitur. l. cohæredi. §. si. de vulg. Bar. consi. viij. Et castrensis militis bona paganicis accrescunt, dum voluntas non obstet. l. j. C. de testa. m. j. Sic ab hereditate testatoris, ad pupillarem cõiunctioni est locus. l. quidam. C. de iu. deli. & tamen negari non potest, diuerso iure deferri. Sic fideus & heres delinquentis, diuerso iure veniūt, & tamen fisco repudiante, hæres totum habebit. gl. l. ea sola. de reg. iu. licet non e contrario, vt j. videbimus. Vnde Bar. nu. xlvj. vers. fateor tamen, hic sentit, si non admittit qui eodem iure veniant, tunc inter diuerso iure succedentes, locum iuri accresc. esse. glo. d. l. sed cum patrone. iij. exemplo. Vnde constat patroni portionem hæredi accrescere, licet nō contrā. Sanè censuit Aret. non videri diuerso iure vocatum, qui tanquam subrogatus admittitur, vt cum fideus ab indigno auferat. l. si totā. vbi Aret. de acqui. hæred. l. hæreditas. vbi Ias. in princ. C. de

49 his quibus vt indig. Sed singe, \* statutum hic est, vt existenti-

stentibus masculis, fœminæ non succedant, testator & hic, & alibi bona possidet: an masculus illa quoque accrescet, que statuto nō subijciūt? Et constat non esse iuri accresc. locum, imò fœminæ in illis secundum ius commune succedere. Bar. nu. xxxij. l. j. vj. q. ad fi. C. de summa trinit. quia masculi limitatè succedunt in bonis tantum, que legi municipalis subijciuntur, & propter diuersitatem bonorum diuerso iure succeditur. Lex ea. in fi. de postul. vt merito iuri accresc. non sit locus. Quod Ias. pluribus autoritatibus ostendit. si tamen vtrobiq; idem ius obseruetur, diuersitas locorum iuri accresc. impedimento non erit, argumen. l. iuris peritos. §. j. de excu. tut. quod Rom. respondit. consi. lxxvj. Crot. q. xx. Sed quid in fisco? num quid eius territorij fisco commissa sibi bona repudiante, alterius territorij fideus succedet? Et receptum est, non succedere. Ias. hic, col. vlt. nu. cclvij. Sed quid si fideus cum successore sit, an in portione vacante iure accresc. succedet? Et si hæres institutus sit, dubium non est eodem iure fideum vt, quo & priuatus. l. item veniunt. §. in priuato. rum. de pet. hæred. quod Ale. & Ias. censuerunt. Ias. l. j. C. quando non pet. Alex. l. j. de acqu. hæred. Quod si fideus bonorum partem occupet ob delictum, satis putarim iuri accresc. locum non esse, cum diuerso iure succedat, & quidem in parte limitata, præferaturque ei cohæres, qui non deliquerit. quod Pont. tradidit. glo. d. l. ea sola. Rom. d. l. j. tantum abest, vt inuitus cogi possit etiam reliquum accipere. nec enim fideus personam defuncti representat. l. quoties in fi. de noua. nec tanquam hæres succedit, sed bona tantum occupat. l. j. ad bona. de iure fidei. Fortius censuit Bal. in pœnis generaliter huic iuri locum non esse. ideo que si existat delinquenti pœna centum aureorum infligatur, quorum dimidia ad fideum, dimidia ad accusatorem pertineat: aut ipse, altero repudiante, nihil alteri accrescere. l. arbiter intra. s. de arb. vbi Bal. que sententia vt vera sit, alias quoque rationes habet. supra enim dixi, in quantitativis censeri à principio sum mam diuisam, & ideo cõiunctioni locum nō esse. d. l. fi. §. Se id. d. l. si mihi & Titio. Item dixi, dispositiones separatim accipi. d. l. & Proculo. Fuere & qui iuri accresc. locum non esse existimarunt, cum alteri cõiuncto testator ipse viuens suam legatam partem soluisset. quod verum arbitror, quoties ea solutio legatum profus extinctum esset. arg. d. l. j. §. aduersus. si quid in frau. patro. qua in re extat Cast. resp. solum, consi. lxxvj. §. col. iij. in primo vol. in nouissimis. Tandem Bar. subijcit, \* iuri

l. §. accresc.

acresc. locum in acquirendis esse, at si portio iam acquisita deficiat, secus esse. l. prima. §. interdum. de usufr. acresc. l. aquam. in fi. quem ad. ser. amit. post enim emolumentum alteri acquiritur, hoc ius locum non habet. Et sicut post aditam hereditatem substitutio expressa expirat. l. post aditam. C. de impub. ita hoc ius quod cuiuslibet substitutionis instar habet. d. l. si Titio. §. Iulianus. glo. l. mater. verbo. semissem. de inoff. testamē. Excipiuntur tamen aliqui casus, quibus hoc ius post portionē quaeritum non euanescit. Et in primis ille est celeberrimus, vt in usufr. dicitur ius acresc. nec enim vnquā dicitur acquisit\*, sed quotidie per patientiam quaeritur. d. l. j. §. interdum. Ange. con. fil. liij. in assignatione quoque libertorum, quod ius nec ad legatum, nec ad fideicommissum, nec ad filios tanquā heredes pertinet, receptum est ius acresc. esse, idque etiam post ius acquisitum. l. vtrum. de assign. lib. Huius rei illa ratio videtur, vt ad maiores natu reuerentia transeat. arg. l. fin. §. de fide instr. Vnde & idem videretur in promissione operum dicendum, ex qua decedente patroni filio, ius alteri acquiritur, idq; non successio nis (nec enim tanquā heredes simpliciter, sed tanquā filij admittuntur) sed acresc. iure. l. vt iuris. §. si liberi. de ope. libe. Quo argumento in successione regni patris excludet primogeniti filium, cum nec regnum iure hereditatis deferatur. Clemens. pastoralis. de re iud. quod Nicolaus Matta rell. censuit. l. fi. C. de iurisdic. om. iud. Bart. anthen. post fratres. C. de leg. haered. qua in re, magna fuit veterum altercatio. Card. c. j. de feud. marchie. las. l. is potest. de acquir. hare. Sed ita in successione regni Vandalorum in Africa obseruatum, & à Iustiniano non solum approbatum, sed armis quoque defensum, Procopius libro iij. autor est. In imperiali quoque liberalitate Constantius imperator sanxit, Socio sine legitimo haerede defuncto, alterum admitti iure (vt nostrates dicunt) acresc. sed, vt ego sentio, repetita concessio nis. l. prima. C. si imperiali. liber. Socin. libr. x. qua de re plura hic per las. ego alibi tractaui. in l. si mihi & Titio. de verbo. obligationi. Sed & si ex post facta deficiat ea ratione portio, qua coniunctus in integrum restitutus sit, certum est ius acresc. adhuc esse. l. si minor. de acquir. hare. l. ex contractu. de re iud. Addit las. rationem, quia restituito id operatur, ac si hereditas ab eo adita non fuisset. l. quod si minor. §. restitutio. de mino. Cur ergo inuito quoque non acrescitur respōdo, quia iniqui est astringi inuitum, qui nō potuit diuinae, an ille restitueretur. l. cum hare-

si hereditate. l. penul. de acquir. hare. \* Ceterum & quoties ius acresc. pupillari substitutioni coniungitur, etiam post acquisitionem portionem locum habet. l. qui patri. de acquir. hered. quod quomodo accipiendum sit, alibi declarari. in l. si filius qui patri. de vulg. Sed & quandoque lex alicui propter culpam portionem auferit, & coniuncto applicat. nec dubium est, id posse legislatorem. authen. hoc amplius. C. de fideicom. Sed magis dubium est, an testator possit & Bald. censuit posse. l. ab eo. C. de fideicom. quem & ipse sequor, cum de legatis tractatur. post enim ad diem legare. l. fi. C. de lega. sed in hereditate non puto verum. Vnde si testator grauet aliquem, & nisi fecerit, totam hereditatem cohæredi facienti applicari iubeat, non tamen portio ipso iure acrescet. l. heredes ex die. de hered. instit. sed per fideicommissum. glo. l. qui filio. §. j. de hered. in sit. Aret. d. l. si minor. Autoritate quoque legis post quaeritam portionem, ius acresc. locum in donatione habet, quam mater ante annū luctus nubens filijs facit. l. si qua mulier. §. quem quidem. C. ad Tertul. Sed quid referat eum omnino superstes successurus esset? Respōdo, si tanquā successōr haberet, ad æs alienum defuncti teneretur. quod secus est, si ex contractu donationis habeat acresc. iure. Sed pone, decretum esse, vt donationes principis ad feminas non transeant, an masculi succedentes ad æs alienum patris teneantur? Et puto nihilominus iure successio nis, non autem acresc. eos rem donatam habere, ideoq; ad æs alienum patris teneri. arg. d. l. j. si soc. impe. libe. vbi not. c. j. an agna. vel fil. defuncti in feud. Nam & fiscus ipse qui postremō admittitur, teneretur. l. j. §. an bona. de iure fisc. nisi pater à principe stipulatus sibi esset, & filijs masculis, tanquā filijs, non tanquā hereditibus. qua de re alibi. l. quod dicitur. de verb. obl. vbi Doct. \* Sanè in querela quoque inoff. inter plures exhæredatos post eam agnitam constat iuri acresc. locum esse. l. si proponis. in fi. de inoff. testa. quod & in petitione supplementi verum videtur. l. omnimodo. C. de inoff. testa. l. qui repudiantis. vers. quasi. §. de inoff. testa. Sicut & locus est transmissio nis in quocunq; si querela ab eo qui iniuste exhæredatus fuerat, preparata sit. l. scimus. in fin. C. de inoff. Quod si nō sit, in suum heredem saltem. l. si quis filium. C. de inoff. l. scripto. in prin. j. vnde libe. & d. l. scimus. §. si. ver. sic. in medio. & l. scripto. iuncta gl. verbo, adin. Est & quādoque in ea locus successorio edicto, quoties qui iuste exhæredatus erat, decessit. l. pater filium. de inoff. test. l. iij. §. si emancip-

cipatus. de cōratib. talis enim sequenti in gradu amplius nō  
 obstat. quia iniuriam sibi ex prætentione quę vim exhæreda-  
 tionis habet, illatam viciscatur. l. si is qui. in prin. de inoff. sed  
 hæc aliās. In exequutoribus quoque testamentorum certum  
 est, etiam si post susceptū munus alter abfit, vel omittat alteri  
 omnem potestatem accrescere. c. fin. §. j. de testa. in vj. sed hæc  
 hæctenus. Prosequitur Bart. & disputat. in iij. q. principali. nu.  
 53 l. qualiter ius accrescit locū habet. Et in primis, \* nunquid por-  
 tio etiam inuitis accrescat. Et constat, cum de iure non decre-  
 scendi agitur, deficientem portionem etiam inuito ac-  
 crescere. d. l. vnica. §. fin. verō disiunctim. verſ. & ideō. Cū enim  
 vnicuique solidum legatum fuerit, adeo vt concurrat tantū  
 fiant partes, altero omittētē, alter solidum habet, nec scindere  
 legatū potest. l. ij. & sequētī. §. tit. j. Sed & inter hæredes por-  
 tio cessantis, etiam inuitis accrescit. l. vnica. §. his ita. ne aliās  
 quis pro parte duntaxat heredē habeat. d. l. ius nostrum. quod  
 maximē procedit, si quis tum demum adiuit, cū portio  
 iam esset defecta. l. si duo. de acqui. hære. Item procedit etiam  
 si ante defectam portionē adiuerit, cū in ea vulgariter sub-  
 stitutus esset. l. testamentum. C. de impub. vbi Bart. nu. iij. & Do-  
 cto. Nec probabilis est credulitas hæredis, se à parte in qua  
 substitutus est, excusantis: cū prouidere potuerit fore, vt  
 substitutioni locus esset. quam rationem sunt qui improbent,  
 vt Dec. vt Crot. Bar. nu. vj. verſ. sed si obueniente. l. h. de acq.  
 hered. arg. d. l. cum hæreditate. Ego verbis iuriscōsulit adhæ-  
 reo, qui inuito accrescere expressim ait. d. l. si quis hæres. de  
 acqui. hære. Vnde credendum non est, posse eum liberari par-  
 tem acquiritam renunciando. d. l. cum hæreditate. nec enim  
 tali casu inuito accresceret, subiicitq; lex rationem. Sunt enim  
 appendices, inquit, præcedentis institutionis: pendet enim se-  
 cunda ex prima, ideōq; separationem eæ partes non recipiūt.  
 l. si tu ex parte. l. si solus. eo. tit. Nec probabilis est excusatio, al-  
 legantis se credidisse fore, vt substitutioni locus nō esset, cū  
 expressē in eum casum à testatore sit vocatus. Vnde inferitur,  
 inuito tunc non accrescere, cū qui adiuit hæreditatem, dein  
 de beneficio in integrum restitutionis repudiet, non graua-  
 bitur cohæres inuitis. l. si minor. de acqui. hæred. qui probabi-  
 liter nihil de restitutione hæc, ceu de remedio extraordinario  
 cogitauit. i. iij. §. j. de fideicom. libe. & cui prætoriam iurisdic-  
 tionē nocere non debet: solū ergo volens habebit. l. penult.  
 de acqui. hære. nec hoc casu ideō videtur quis pro parte testa-

tus decessisse. qui enim à prætore restituitur, exceptione tu-  
 tus est, ipsoq; iure adhuc hæres est. l. & si sine. §. Papinianus.  
 de mino. Sed quid si quis autoritate edicti, seu legis prætorię  
 restitutus est: vt cū necessestis hæres, quāuis maior, hæredita-  
 tate patris se abstinat? Et nec hoc quoque casu inuito ac-  
 crescit, sed electio ei datur, an totum velit habere, an repudiare  
 etiam aditam partem malit. d. l. cum hæreditate. Probabilis  
 enim tunc videtur excusatio, non sciret cohæres necessarium  
 heredem esse: potueritq; credere, beneficio prætorio non  
 vsurum. Sed & quoties institutio, que semel effectum habuit,  
 autoritate legis cuius iure resoluta, constat inuito por-  
 tionem non accrescere. authen. hoc amplius. C. de fideicom.  
 Satis enim est, semel in totius hæreditatis additione præsen-  
 tatum defuncti personam fuisse. argu. l. circa. de inoffi. testam.  
 Vnde fit, vt si filius q; repudiauerat, absentionē reuocet. l. fin.  
 C. de repu. hære. & deinde propter inobseruantiam priuetur.  
 d. authen. hoc amplius. non tamen obligari inuitum cohære-  
 dem putem. quicquid Crot. hic tradiderit. In his quoque hæ-  
 reditatum portionibus, que per seruum nobis quærentur, ius  
 accrescit aduersus inuitos non est. Vnde portio post euentum  
 conditionis delata, non accrescit parti pura, sed noua additio-  
 ne opus est. d. l. si solus. §. fin. Secus si tempore primi iussus v-  
 traque portio delata esset. d. l. si quis hæres. verſ. idem dico.  
 54 Sanē \* in legatis, seu fideicommissis, constat cū de iure ac-  
 crescit, agitur, partem defectam non nisi volenti accrescere. d. l.  
 vnica. §. vbi autem. Bal. l. j. q. ix. C. quando non pet. Cū enim  
 verbis coniuncti à principio partes habeant, censentur diuer-  
 sa legata. Vnde qui vnū agnouit, aliud repudiare nō prohibe-  
 tur. l. si duobus. in prin. §. tit. j. Sed quid si quis re & verbis con-  
 iunctus est: & cū nemine concurrente, solidum sibi datum à  
 principio videatur. l. si duobus. §. h. §. tit. ij. conſequens est,  
 vt etiam inuito accresceret. Sed tamen aliud receptum est,  
 quia lex simpliciter ait, coniunctis aduersus voluntatem non  
 accrescere. d. §. vbi autem. At maximē coniuncti ij videntur,  
 qui re & verbis iunguntur. Nec obstat, quod à principio soli-  
 dum his datum videatur, ideōq; de iure non decreſcēdi tracte-  
 tur: quia supra ostendit hoc non procedere, nisi respectu cōiun-  
 cti, qui nūquam potuit concurrere. d. l. si duobus. §. h. aliās in-  
 ter ipsos videri partes à principio factas. d. l. plane. §. si coniu-  
 55 ctim, \* Rursus dubitatur, an portio cum onere suo accrescat. Et  
 videtur constituenda regula, accrescere. Siue pro non scripto



fit legatum, eo tamen casu quo incapax ob crimen legatarius fit, argul. l. f. j. de his que pro non scrip. Siue caduca, vel quasi effecta sit illa portio. nam & hoc casu constat cum onere accrescere. d. l. vnica. §. pro secundo. Siue repudiata sit, & coniunctus verbis ea petat. gl. verbo, nullo graamine. versic. sol. hic. & d. l. j. §. in j. l. quis legata. §. si. de condi. & dem. Addit Bart. idem esse, si re & verbis quis coniunctus sit. coniunctio enim verbalis fact, vt onus vni adiectū, in alterius personam repetitum censetur. l. Seiz. §. Caio. de fund. inst. quam rationem Doct. non satis firmam esse arbitrantur. Ego non dubito, quin supra scripta sententia sit vera, quia lex simpliciter portionem ad coniunctos cum onere transire ait, & infra disunctos tantum excipit: idque ea ratione, quia verbalis separatio efficit, ne quis alienum onus agnoscat. dicta l. vnica. §. si autem ad deficientis. d. l. si separati. de condition. & dem. Vnde manifeste apparet, coniuncto re & verbis, cum onere ius accrescere, quod & communiter receptum est. Nec me mouet ratio Petri, dum inquit cum per ius non decre. venire, Respondeo id falsum esse, nisi respectu eius coniuncti, qui nūquam potuit concurrere. d. §. si coniunctim. d. l. si duobus. §. si. vt s. dixi. Bart. tamen hoc virtuti dictionis, coniunctæ, tribuit, quæ opinio multas habet ambages. d. l. si. §. Seio. §. tit. j. Nos responsum, quod ipse fuit sententia objicit, s. aliter declarauimus. Sed an in hereditate idem erit? Et constat in ea quoque portionem vacante cum onere suo accrescere, si opus simpliciter adiectum sit. d. l. vnica. §. his ita. l. que cōditio. ij. responso. vbi Bart. in princ. & nu. j. de condit. & demon. Idemq. si nominatim ab omnibus fuerit relictum. l. ciuitatibus. §. Lucius. §. ti. ij. l. si plures. j. eo. Quod si ab vno tantum nominatim relictum sit, ex Celsi sententia non censetur in portione pro non scripta repetitum onus. l. Celsus. in fi. §. ti. j. Videtur enim persone tantum illud voluntate testatoris adhesisse. l. j. §. id. quod ex substitutione. ad leg. Fal. ideoque rem non sequitur. argumentum. §. in verò talis. d. l. vnica. Quod maxime videtur dicendum, si onus adiectum fuerit, postquam portio iam pro non scripta esset. L. quidam referunt. §. de in. cod. vbi Barto. vers. vel dicas. Nec distinguit Barto. quomodo portio defecta sit, an pro non scripta, an quia caduca, vel quasi: quod tamen aliqui ex Iuliani responsō faciunt. l. si Titio. §. Iulianus. §. tit. j. vbi Imol. Sed ego Iuliani responsū intelligerem, cum non nominatim ab vno tantum relictum esset. d. l. Celsus. in fin. \* Sed que ratio est, cur

hære-

hereditas pro non scripta, cū onere accrescat: cum tamen cōstet legatum pro non scriptum, absque onere accrescere? d. l. vnica. §. in primo. Et ait Bart. licet mortuus sit hæres scriptus, hereditas tamen iacens representat defunctum. l. mortuo. de fideiuss. quæ cum ex se ipsa subsistat, onus ad successorem transfert. At legatum quod pro non scriptum est, funditus cum omni onere & qualitate sua nullum est, quam rationem Imo. & alij recentiores non probant. cum tam institutio, quam legatum quoties pro non scriptis sunt, pari ratione nullius effectus sint. d. l. quidam referunt. versic. in proposito. Ego didici, onus hæredibus adiectum, hæreditati ipsi adiectum censeri, & pro eius rata exolui. l. j. c. si cer. pet. vt merito ad quemcumq. transeat hereditas, etiam onus transeat. At que onera legataris incumbunt, principaliter ad eorum personam pertinent. d. l. vnica. §. sed vt manifestetur. Vnde si persona omnino nulla sit, onus quoque nullum est. idque arbitror sensisse Bar. quæ & ego sequor. Hincque etiam est, quod inter disunctos in legatis, portio cum onere non transferatur. d. §. si autem ad deficientis. quia ad solidum ex sita, non ex admittentis persona vocantur. & perinde est, ac si nominatim ab omittente tantum relictum onus esset. d. l. si separati. Nisi tamen oneris ipsius fauor aliud suadeat: vt alimentorum. argumento l. iij. in fin. vbi Bart. de alim. leg. vt libertatis. arg. l. cum verò. §. si pro nō scripto. de fideicom. liber. vel quia nominatim vtrique coniunctum esset. l. si duobus. §. j. §. tit. ij. \* Ceterum & hic apparet, ius accresc. ad portiones ipsas hereditarias referri. l. Marzio. §. tit. j. l. liber homo. §. cum quis. de hæ. insti. & non personam, sed rem ipsam sequi. sicut alluitio facit. d. l. si quis Titio, in fin. Quod in legatis non procedit, quæ pro non scriptis sunt: vt supra dixi. Nec rursus procedit, cum alia mens testatoris arguitur: vt quia coniunctim ad impares portiones sub pari graamine vocati essent. l. vtrum. §. fin. de reb. dub. Alias verò certa est regula, portionem accrescentem, eodem iure cum alia ceteri. l. si in testamento. §. de vulga. l. inter. §. cum inter. de pact. dot. Vnde fideiussio pro vna præstita, ad aliam trahitur. l. pen. j. vt leg. no. ca. Et vtraq. pars, eadem actione petetur. d. l. si Titio, in fi. Et sententia in vna lata, respectu alterius præiudicabit. l. & an eandem. §. qui cum partem. de excep. rei iud. In vsu fructu, tamen quia quotidie producitur, quod accrescit separatum à priore censetur: ideoq. & diuersa actione petetur: quod Bart. sentit. d. §. qui cum partem. Sed quid si cohares idem & impu-

ber

heri substitutus sit: Et s. vidimus, propter vnitum substitutioni accrescendi ius bona impuberis ad coniunctum, vel etiam eius heredem pertinere: tametsi diuersæ sint hereditates. d.l. qui patri. de acquir. hered. qua de re, loco suo tractandum est.

**E** IPSE PRÆFERATUR. Satis à nobis supra explicatum est, quomodo versiculus hic intelligendus sit, & materia iuris accresc. non indiligenter, quatenus ex testamento descendit, pertractata. \* Consequens nunc est, vt disputemus de coniunctione legali. Et in primis, de acquisitione ex testamento tractetur, puto non esse iuri accresc. locum. quia ij qui vocantur, separatim vocantur. Nec vsque in iure huius constitutionis est mentio. nec enim verbi coniuncti sunt. quicquid dixerit Barto. cum non æquis portionibus, sed pro dominicis admittantur. l. seruis communis. de acquir. hered. l. j. §. j. de vlti. fruct. accresc. Rursus nec re coniunguntur, cum partes sibi per concursum non faciant, sed ab ipso principio. lex vnicuique partem suam separatim concedit. l. & Proculo. s. tit. j. l. f. in princ. de vulg. Merito ergo s. generaliter dixi, in coniunctione legali non esse iuri accresc. locum. d. l. item quod Sabinus. §. j. Excipiuntur tamen tres casus. Primus, in hereditatibus, in quibus etiam inter separatos ius accrescit. d. l. seruis communis. ne testator pro parte tantum testatus videatur. d. l. ius nostrum. quod intelligendum, vt hoc casu res cum onere suo accrescat. d. l. si Titio. §. Iulianus. quod j. Bart. tradit, nu. lxxij. Alter cum lex à principio non potuit legatum separare: à qua pars defecta, pro non scripta esset. l. veri. §. si seruo. pro soc. quod & in cōtractibus Barto. §. censuit. l. si seruis communis. §. de aut. tit. etiā si mixta sit legis & hominis coniunctio. l. itē si seruis duorum. de stip. ser. Nisi cum dominus cuius interest non accrescere, per retentionem sibi consilire potest. l. proinde. §. pe. ver. sinatū sine vlla. de stip. ser. Quod si ex delicto legatarij vtraque pars pro nō scripta sit, frustra de iure accresc. tractaretur. l. fili. §. sequēs. j. de fals. Tertius in vlti. in quo est iuri accresc. locus. idque non portionibus dominorum, quæ separatæ & inæquales sunt, inspectis, sed ipsius serui potius persona. d. l. j. §. j. de vlti. fruct. accresc. \* Cum enim vsusfructus seruitus personalis sit, quia principaliter personæ debetur, in eo potius ad personam serui attendimus, quam cum de proprietatis acquisitione tractatur. quod Imole placuit. d. l. & Proculo. Ego personam serui inspicere censo, quia vsusfruct. quotidie queritur. vt si contingat cum manumiti, saluum sit ius, cum voluntate testatoris

toris prælatum ille proprietario sit. Addunt hic aliqui alii casum, quoties domini ad viriles partes vocati essent, tunc tanquam coniunctos verbi censeri. l. si duobus. vbi Bald. s. titu. j. Sed ego talem coniunctionem legalem nō esse scio: lex enim ad dominicas vocat: sed hominis potius: vt merito casus hic sit impertinens. Certior est ille, cum de iure non decrendi agitur: vt quia diuersæ personæ diuersis legibus ad solidū vocantur, necessarioque sibi partes per concursum faciunt. Bart. l. pater filium. col. iij. vers. ad vnum. nu. xij. de inoff. testam. to. vt cum filium emancipatum prætor ad patris successione vocat, lex autem ciuilibis nepotes, qui in potestate remanserunt. l. j. §. si pater. j. de coniug. cum emanc. quod etiam ad successionem in legitima produci potest. siquidē videtur lex omnibus filijs legitimam à prin. dare, tanquam ex bonis paternis debitam. in auth. de trien. & sem. in prin. ver. si verō. verbo, quod debetur singulis. Ideoq; inter eos iuri accresc. erit locus. quod communis habet sententia Doct. d. l. planē. §. si duobus. Sicut & in querela inoff. traditum est. l. qui repudiatis. l. si proponis. in fi. de inoff. test. & in bon. poss. contra tab. quæ hoc nomine patronis datur. l. ex tribus. de bon. lib. Qui tamen partem debitam habuerint, pro separatis sunt, & nihil eis accrescit, sed hæredi proficit. l. siue. §. ex duobus. de iur. patrona. Idemque si minus debita acceperint, dum renunciauerint. l. j. §. aduersus, si quid in frau. patroni. Bar. l. j. circa fi. de cōtra tab. quod & Rapha. Com. respondit consi. cxliij. Idemq; si filius iuste exheredatus sit, non fratrum, sed heredis portionem augebit. quod Bart. tradidit. d. l. pater filium. col. liij. nu. xx. multis tamen reclamantibus, quorum sententia procedere potest, si & ipsi fratres debitam portionē non acceperint. d. §. ex duobus. Idemque in tacita, sed iuste exheredatione. vnde si filius fratres pretereat, heredem probe existimationis virum instituat. secū d. l. fratres. C. de inof. testa. legitima matris erit, non tertia totius hereditatis: vt Raph. & Castr. & Crot. censuerunt. sed tertia virilis portionis, quam ab intestato cum filijs fuisse percepturam. auth. defuncto. C. ad Tertu. quod Bart. tradidit. d. l. pater filium. questione ij. lal. consi. lxx. in iij. Dec. cccxvj. non enim fratres qui separatim & diuersa ratione admittuntur, matris partem augere possunt, cum nec eius contemplatione excludantur, sed hæredis. d. §. ex duobus. Sed quid si filius iniuste exheredatus sit, & constat ius alij non accrescere, cum probabiliter speret se admissum iuri. l. Papinianus. §. quoniam autem quar-

num. c. xxvij. quæ sententia aduersus Bar. & Dy. receptor est. Doct. l. Lucius. q. vlti. de vulg. Sed quid si portio defecta, non fauore omnium hæredum, sed alterius tantum vacauerit: Et Bar. ei solum accrescere censuit, cuius fauore portio defecerit. d. §. si duo fratres. Soc. consi. v. Alex. l. xix. in primo. Quæ tamen sententia aliquas distinctiones habet, alibi tractandas. l. ij. §. si sit consanguinea. ad Tertu. Bar. l. ij. §. p. nu. iiii. de contratab. Sed hæc hætenus. Quod enim ad ius accresc. in contrahibus attinet, loco suo tractaui. in l. si mihi, & Titio. de verborum oblig.

## AD LEG. FALCIDIAM.

TIT. II. LIB. FF. XXXV.

IN RVBR.

SVMMAE RERVM.

- 1 *Lege xij. tab. legata & fideicom. iures habere ceperunt. adde nu. 8.*  
 2 *Falcidia, an in fideicom. uniuersa libus locum habeat.*  
 3 *Heredes grauius restituere, iura directâ retinet.*  
 4 *In tit. Ad leg. Fal. quid tractetur. & in quo differat à Treb.*  
 5 *Falcidiam testator prohibere potest, non Treb. & 7.*  
 6 *Fideicommissum uniuersale hæreditate nõ adita, nõ debetur.*  
 7 *Falcid. difficile amittitur.*



**C**AVTVM erat\* lego xij. tabu. vti quisq; rei suæ legasset, ita ius esto. l. verbis legis. de ver. signif. co. c. c. ita deinde ad potestas lege Furia atq; Voconia fuit, donec eis antiquitas Caius Falcidius tribunus plebis, pristinum ius restituit. Sed quia plerique testatores totam hæreditatē legatis exinanibant, adeo vt nemine postea hære dem haberent: quæ res publicè propter sacra priua ta damnosa erat, & aduersus eum fauorem inducta, qui in conseruatione testamentorum vertitur, ne irrita efficiantur. l. vel negare. §. quemad. testa. ape. priuatiq; etiam ipsi defuncto ignominiosa. Infit. eo. in prin. & Infit. quibus ex cau. ma. versic. valde. ideo idem Falcidius legem tulit, ne quis amplius legare posset, quam vt quarta pars hæreditatis hæredi remaneat. l. ij. responso. j. eod. c. quædã. ij. distin. Et licet ea lex de legatis particu-

cularibus duntaxat intelligeretur, quia eo tempore adhuc fideicommissa inuenta non erant. Infit. de cod. in princ. tamen eis deinde approbatis, cepit ad huiusmodi quoque fideicommissa particularia pertinere. arg. l. in testamento. ij. C. de testa. mil. l. si tacitum. j. eo. idque vi extensionis, quam vocant passiuam. l. ij. §. de leg. j. vbi Doct. cui hodie maxime est locus, cum omnino hæc exa quata sint. l. j. §. de leg. j.\* Sed nunquid ad fideicommissa quoque vniversalia pertinet? Et aliqui pertinere esse fuerunt. vt Matthes. Raph. & Soc. fed alij crebriore calculo contrarium senserunt. Infit. ad Treb. in rub. Ego, quod ad verba attinet, priorem sententiam sequor: quod verò ad effectum, à communi non discedo. nam ad vniversalia Falcidiam non pertinuisse illud ostendit, quia verba legatis erant, vt quarta pars hæreditatis hæredibus superesset. d. l. j. §. responso.\* At quado quis grauius est fideicommissò vniversali, non solum quarta pars, sed totum sibi superest, cum iura directâ ipse habeat. l. j. in prin. j. ad Treb. vbi Doct. & Soc. restituta. Infit. de fideicom. here. Sed & S. C. Pegasiano, cuius vires Trebelliano sunt attributæ, non de quarta hæreditatis loquitur. §. sed quia. Infit. de fideicom. hære. cum impossibile id sit: quia iura hæreditaria directâ hæredi coherent, exa quoque autem non nisi eorum respectu fit, quæ conuenire possunt. l. j. §. j. eod. Bart. l. in quartam. j. questione. j. eo. In contrarium facit, quòd iurisconsulti hanc quoque quartam, Falcidie nomine designant, idque sæpissimè. l. cū filium. versic. denique. §. de leg. j. l. pater filiam. j. eod. l. j. §. si is qui. ad Trebel. Trebellianicam verò nunquam appellant: nec verissimile est, absque proprio nomine eam fuisse relictam. Næ & verba S. C. solum de traslatione actionum loquebantur. deductio verò quartæ, ex lege Falcidia fiebat, quam Vespasianus & Pius Imperatores ad hunc casum propter similitudines extēderunt. d. §. sed quia. & §. præcedenti. & l. filius. j. eodem. Et ideo\* sub hoc titulo de deductione Falcidie etiam in fideicommissis vniversaliibus indifferenter tractatur. d. l. pater filiam. d. l. filius. & l. Titia. j. eod. Durant tamen adhuc differentia ex supra scripta dissimilitudine orientes. Vnde in Falc. imputatur quod iure hæreditario duntaxat percipitur. l. quod autem. ff. de quenti. j. eod. in quartam Trebellianicam verò omne imputatur, quod vniformi testatoris iudicio hæres consequntur. l. in quartam. j. eo. Sic\* hodie testator Falc. prohibere potest. auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. quia hære de detrectate. ius ad eundem legataris deferretur: vt minime periculum subit, ne tabu-

la irrita fiant. Bar. nu. iij. l. nemo. §. de leg. j. at Trebellianicam videtur non posse prohibere. quia fidei imputet fideicommissarius. quia haeredem ad adendum cogere poterat. l. quia poterat. ad Treb. Vnde etiam hodie haerede non aduente. fideicommissum vniuersale non sustinetur: vt est receptor sententia l. l. nu. x. & xij. l. eam quam. C. de fideicom. quia tamen de re. alij aliter. Doc. l. Marcellus. j. ad Treb. Sanè in penalibus quoque & odiosis videtur adhuc durare differentia. & ideo tametsi is qui inuentarium non conficit. hodie Falcidiam amittat. Doct. d. auth. sed cum testator. tamen videtur non amittere ius deductionis. quod ex S. C. competit Bar. & Docto. Alex. nu. x. d. Marcellus. Sed quid de quarta iure naturae debita? & Accurs. ait. lata significatione posse Falcidiam appellari. glos. fin. auth. vnde si parens. C. de inoff. testam. Sed pone. testator filium fideicommissio grauauit. & Falcidiam prohibuit. filiusque testamentum patris approbavit. l. non putauit. §. si quis sua. de contrah. an deducere hanc legitimam poterit? Et responsum est. nihilominus posse. nec enim approbatio testamenti. hanc deductionem impedit. §. ceterum. auth. vt cum de appell. dixi l. cum proponas. j. C. de pact. in verbo. portionem. Nam Fal. hoc casu nõ adeo improprie est intelligenda: & quia in ambiguo ea interpretatio non est accipienda. per quam filius ab hac legitima excludatur. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam. sicque ab aliquibus consultum extat. Que sententia magis ambigua esset. si testator dixisset. se prohibere quamcumque Falcidiam. vniuersalis enim illa dictio. etiam ad casus improprios trahitur. c. ij. §. j. de reb. eccl. in vj. vbi Gemi. dixi in l. j. col. ij. versi. sed nunquid. C. de sacr. san. eccl. Idem si testator nullum fideicommissum vniuersale reliquisset. nec ultra dodrantem legasset. tunc enim nisi de hac legitima intelligeretur. talis prohibitio esset illusoria. l. si quando. de leg. j. c. si ciuitas. de sententi. excom. in vj. Sed quid de deductione. quae à lege xij. tabul. fit. an poterit dici Falcidia? & non puto. Si ergo testator supra vires patrimonij legauerit. nihil agit. in quantitate. in si. j. eo. l. si vniuersae. C. de leg. quia verba xij. tab. dicunt. quod quisque rei suae. & c. merito tale legatum eatenus est nullum. vt nec naturaliter quidem debeatur. l. si verò. vbi Bartol. §. de testa. mil. d. l. in testamento. ij. adeo vt quamuis Fal. de legatis ad pias causas non detrahatur. auth. similiter. C. ad leg. Falc. hæc tamè deductio locum habet. l. j. §. in quibusdam. j. tit. j. quod communiter receptum est. l. sed si non seruus. j. cod. vbi Alex. in §. fin. num.

num. ij. Bar. d. auth. similiter. nu. iij. qua ratione nec illud quod haeredi remanet. quia supra quam quis capere possit relictum est. Falcid. appellacione continetur: cum eius ratio duntaxat ineatur. post ipsius Falcidiae deductionem. l. quoties. j. cod.

## METIANVS.

L X X C.

**I**N quartam<sup>a</sup> hereditatis quam per legem Falcidiam haeres habere debet. imputantur res. quas iure hereditario capit. <sup>b</sup> non quas iure legati. vel fideicommissi. vel implenda conditionis causa accipit: nam hæ in quartam non imputantur. Sed in fideicommissaria hereditate restituenda. siue legatum datum est haeredi. siue præcipere. vel deducere. vel retinere iussus est. in quartam id ei imputatur: pro ea verò parte. quæ accipit à cohærede. extra quartam id est. quod à cohærede accipitur. Sed & si accepta pecunia hereditate restituere rogatus sit: id quod accipit. in quartam ei imputatur. vt diuus Pius constituit. Sed & quod implenda conditionis causa fideicommissum haeredi datur. in eadem causa esse admittendum sciendum est. Si quid verò implenda conditionis causa haeres accipiat. legataris in Falcidia computationem non prodesse: & ideo si centum prædium defunctus legauerit. si quinquaginta haeredi legataris dederit: centum legatis computationem fieri. & quinquaginta extra hereditatem haberi. ne in quartam ei imputentur.<sup>c</sup>

## S V M M A E R E R V M.

<sup>a</sup> Falcidia quid imputandum.<sup>b</sup> In fideicom. magis aequitatem adestidimus.<sup>c</sup> Treb. quid imputandum.

- 4 Datum causa conditionis implens de iure compensationis datum censetur. fideicommissumq; appellatur. nu. 6. & Fal imputatur. 10. u. imputatur & legitime. 42.
- 5 Verbum, accipit, & accipitur, differunt.
- 7 Captum alio iure quam hereditario, in Fal imputatur, si testator iusserit.
- 8 Dos quomodo Fal imputetur.
- 9 Bona emphyteutica, an Fal imputentur.
- 11 Quod iure hereditario non capitur, an Fal imputetur.
- 11 Fal contra voluntatem testatoris deducitur.
- 13 Corpus hereditarium in legato consistens, an Fal imputetur.
- 14 Heres an teneatur legata aut data causa conditionis implende in quartam imputare.
- 15 Fideicommissum a legato relictum, Fal non imputatur.
- 16 Emphyteuta rem inconsulto domino alienatam redimens, penam non evitat.
- 17 Pecunia quam heres deducere iussus est, Fal imputatur.
- 18 Fal contra testatoris voluntatem, hodie non deducitur.
- 19 Legatum heredi uniuersali relictum, sua quartae imputatur.
- 20 Treb. aut Fal. quid imputandum. 25. 17. 30.
- 21 Treb. quid non imputandum. 14. 29. 32.
- 23 Ut aliquid Fal imputetur, quid necessarium.
- 25 Fal. aut Treb. an in una re deduci possit. 28.
- 29 Rei alteri legatæ alienatio non valet.
- 31 Fructus fideicom. conditione pendente percepti, Treb. imputantur.
- 33 Alienatio an fideicommissarius non ceat.
- 34 Propter omissionem inuentarij, contra heredem fit presumptio.
- 35 Legitima an una in re deduci possit.
- 36 Filius pro legitima, sua autoritate quicquam non occupat.
- 37 Legitima super quibus assignari possit.
- 38 Treb. super quibus assignari possit.
- 39 Iudex super una re legitimam assignare potest.
- 40 Quartæ iure naturæ debite, id est, legitima quid imputandus, & quid non. 15. q. ad fin. l.
- 41 Feudum & ius emphyteuticum legitima imputantur.
- 45 Pater inuitum filium emancipare non potest.
- 44 Donatio quæ morte confirmatur, sicut legata non conferuntur.
- 47 Legitima, alimenterum loco subrogata est. 49.
- 48 Dos in legitima imputatur. 55. 57.
- 50 Solutum pro filio condemnato, an imputetur in legitima.
- 51 Libri filio traditi, utrum in legitimam computentur.
- 53 Dos, & donatio propter nuptias, idem.
- 54 Mater in damnis filiorum de dote disponere non potest.
- 55 Dos matris ad filios cum onere suo transit.

- 46 An renunciatio matris cum iuramento facta, filijs præiudicet.
- 47 Deficiente modo, utrum deficiat dispositio.
- 48 An id quod priuilegium a iurico suo auocat, legitime sit imputandum.
- 49 Supplementum legitime à quo petendum.
- 60 Quando creditoribus contra legatarios actio detur, quæ sub iudiciali appellatur.

**I N Q V A R T A M .** Explicat Iuriscōsultus duas regulas.

**I** Prima est, Quid\* in Falc. quæ ex legatis particularibus deducitur, sit imputandum: Et ait non imputari, nisi quod iure hereditario percipitur. Lex enim Fal. quartam hereditatis voluit omni modo apud heredem relinquij. §. l. ij. responso. merito quod iure hereditario non percipitur, Falcidia non imputatur. l. quod autem. l. sequenti. §. eod. fortius in fin. legis dicitur, versic. si quid verò. Nec quidem eius vllam computationem esse, sed perinde haberi iure quod causa conditionis implendæ datum est, ac si extra hereditatem esset: ideo quæ nihil professe etiam legatarijs qui ipsi dederint: cum si cōputaretur, professe posset, si legata propter huiusmodi cōputationem, minus excederent doti ratem. \* Altera est regula, Quid cum de fideicōmissis vnuerſalib⁹ faciendæ est deductio, quæ vulgò Trebellianica vocatur: Et videretur idē esse, cum lex alibi dicat, perinde capi, atque ex lege Falc. &c. §. sed quia. Insti. de fideicom. hare. Sed tamen hic deciditur contrarium, quia in ea non solū quod iure hereditario percipitur imputatur, sed etiā quicquid aliud, dum tamē iudicio testatoris sit acceptum, & est ratio, quia hoc casu aduersus verba legis Falcidie non committimus, cum iura directæ etiam facta restitutione heredi remaneant. ideoq; verum sit, quartam partem hereditatis eū habere. Nec obstat, quod effectū non habeat, quia quod ad effectum attinet, nihil refert, quod tit. quibus habeat, dum iudicio testatoris. In Falc. ergo titulus hereditarius cōsideratur, cui testator derogare nequit. l. quod de bonis. §. j. l. Scius. §. eo. In Trebellianica, solus effectus perceptionis attenditur, quia rigor verborum legis Falc. ita li casu non obstat. Et\* quia in fideicommissis, magis ad æquum & bonum attendimus, & plurimum voluntati testatoris tribuimus. l. vnum. in fi. de leg. ij. addit Accur. Bart. ceteri, æquū fuisse, vt plus imputaretur heredi grauato fideicommissio, qui ad onera hereditaria non tenetur, quàm ei à quo relicta sunt legata, qui in solidum onus alieni æris subibat. l. j. §. fin. j. ad Treb. Quod ergo lex ait, vt quæ casu perinde deduci quartam. d. §.

sed quia verum est. licet aliter, atque aliter fiat imputatio. l. j. de recepta. vbi Bar. Subijcit iuriscoñsultus exceptionem, vt nõ procedat conclusio, respectu eius partis, quæ à cohæredẽ accipitur. ea enim non imputatur. quæ verba alij aliter accipiunt. Sed receptissima est interpretatio, vt intelligamus, quoties testator hæredi quem fideicommissio grauauit, aliquod corpus hæreditarium à cohæredẽ præfari iussit, vt tunc solam partẽ imputet, quam ipse iure hæreditario habet. l. legati. ij. §. j. de leg. j. l. in fideicommissarium. in fi. j. tit. ij. non autem quam iure cohæredẽ est consequutus. l. filium. quem. in fi. C. fam. heredit. l. Titia. s. eo. aiuntque eam esse rationem, ne eadem res diuerso iure censetur. l. eum qui. de vscap. j. vt Bal. declarat. l. filium quem. nu. ix. vers. & idẽ. nõ testatoris ordinatio eiusdem rei diuersos titulos constituentes confundatur. quæ ratio, satis frivola, est à me alibi diffusius reprobata. Paradox. lib. vj. c. iij. cum tali casu maximẽ diuerso iure legatum hoc censetur: vt quod pro parte hæreditaria imputetur, pro alia quæ à cohæredẽ accipitur nõ imputetur. d. l. in fideicommissarium. in fi. nam & absurdum nõ est, diuerso iure rem censeri, si diuersa ratio suadeat. l. miles. in fi. de leg. ij. Ego legatum quatenus à cohæredẽ accipitur, diminuere hæreditatem scio. l. legatum est. s. de leg. j. & heredi grauato præfari, non tanquã heredi, sed tanquam cui libet arbitrari. l. nec adiecit. pro soc. merito in hanc quartã non imputari. l. acceptis. vers. l. falcidiam. vbi Bar. j. eo. quæ tanquam ab hæredẽ, non autem à legatario 4 detrahitur. l. mulier. §. fi. j. tit. ij. \* Quod secus est in eo, quod conditionis implendæ causa datur. etenim vice cuiusdam compensationis præfatur, seu (vt Bal. inquit) correlatiuo respectu. d. l. filium quem. col. iij. quod & dici potest, cum non corpus hæreditarium cohæres dare damatus est, sed rem propriam. videtur enim & hæc parti hæreditaria subrogari, & non tanquam legatario, sed tanquam heredi in compensationem data. arg. l. qui hæredi. vers. sed si iustus. de condit. & dem. id eoq; imputanda est. Nem enim hoc casu cum corpus non hæreditarium legatur, potest videri testator ab hæreditate sua illud separasse. quod secus est in corpore hæreditario: vt merito solum hæreditaria portio propter necessitatem legis imputetur. l. eum qui. in fi. de his quibus vt indig. & id forte senserunt veteres. glo. verbo, cohæredẽ. in fi. Fuere tamen qui simpliciter quicquid à cohæredẽ accipitur, non imputari censuerunt: quia lex nostra simpliciter loquitur. arg. l. Marcellus. §. pen. j. tit. ij.

tit. ij. & quia secundum mentem testatoris nihil differt portio hæreditaria ab alia. d. l. eum qui. in fi. & quia lex nõ distinguit inter legatum corporis hæreditarij, & legatum rei ipsius hæreditis. §. non solum. in fi. de lega. Sed hæc sententia pluribus legibus aduersatur. d. l. Titia. ibi, totum trientem. iuncta glo. d. l. filium quem. satisq; distinctum in tex. nostro est, in quo manifestè lex portionem hæreditariam in legato separat ab ea, quæ iure cohæredis grauatus consequitur. dum lex inquit, id quod à cohæredẽ accipitur, id est, totum legatum, pro ea parte quæ accipit à cohæredẽ, esse extra quartam. \* vt verbum, accipitur, ad factum referatur. l. aliu est. j. de verb. signi. accipit, verò, secundum iuris distinctionem intelligatur. d. l. eum qui. in fi. Prosequitur Iuriscoñsultus duos casus, quos à superscripta conclusione excipit: quia in eis portio quæ accipitur à cohæredẽ, tota censetur hæreditaria, ideoque totum imputatur. Primus est, cum hæres qui fideicommissum debet, accepta pecunia hæreditatem restituere rogatus est: tunc enim non distincto, an hæreditaria sit, an id minus, tota imputabitur: quia videtur portioni hæreditariæ subrogata. l. deducta. §. nummis. j. tit. ij. Nec enim species tam facile loco alterius rei subrogatur, sicut pecunia. l. cum pater. in princ. s. de leg. ij. Rursus nõ distinguitur, an fideicommissum ipsi cohæredẽ, à quo accipienda sit pecunia, præstandum sit, an cui libet alteri. Semper enim pecunia omnis imputanda est. d. §. nummis. lex enim nostra generaliter loquitur, & ita receptor se habet sententia. Sed & non videtur distinguendum, quomodo accipitur hæc pecunia, an à cohæredẽ seu fideicommissario, an verò etiam sua manu. semper enim est computanda. l. acceptis. vers. planè. j. eo. vt quod supra de legato præceptionis imputando dicitur. s. hæc lege. vers. sed in fideicommissum. respectu pecuniæ generaliter intelligatur, nec sequenti vers. limitetur. d. vers. pro ea verò. Nunquid autem cum à seipso grauatus accipit pecuniam, de suo, an communi debeat accipere. j. attingemus. d. l. cum pater. in princ. Fuere tamen qui aliter tex. intellexerint: tanquam Iuriscoñsultus velit pecuniam à cohæredẽ acceptam quartæ non imputari, nisi pro portione hæreditaria: quia tex. verba, per aduersariatum eum copula concepta sunt: quæ similitudinem iuris arguit. gl. l. sed si lege. s. de pet. hæred. in princ. Sed certè ductus sermonis aliud ostendit, & in quibusdam codicibus non adest copula. & si adsit, non ad proximam limitationem, sed ad superiorem regulam est referenda. Defendi ergo hæc

hac sententia solum in Falcidia posset. l. id autem. §. eo. nō in Trebellianica. qua de re infra. Bar. j. parte. vij. opp. Alter est casus, cum implenda conditionis causa fideicommissum herediti datur. quæ verba Bar. intelligit, datum, id est, dandum per heredem iniungitur. Sed hoc modo nimium violatur sermōnis structura. melius est intelligere. \* id quod conditionis implenda causa datur, à Iureconsulto lata significatione appellari fideicommissum. Quia licet quod in conditione est, nō sit in dispositione. d. l. id aut. d. l. acceptis. tñ propter mentē testatoris potest sic appellari. l. fideicommissa. §. cum esset. de leg. iij. Castr. & Ale. l. in ratione. §. tamen. §. eo. Ego Iuriconsulti deciderunt voluisse casum magis ambiguum arbitror: vt non solum quod conditionis implenda causa præstatur, totum imputetur, sed etiam si id non in conditione tantum positum sit, verum etiam in dispositione, adhuc sit idem: tamen hoc confort me sit legato, quod pro hereditaria tantum parte imputari dixerat. hoc enim casu non vt cui libet restitutum videri potest, cum in compensationem oneris datum sit, quod ex conditionis adiectione arguitur. arg. l. si quis locuples. in fi. de ma. test.

**7** **QVAS IURE HEREDITARIO CAPIT. \*** Idē si alio iure capiat, etiam extra causam testamenti: dum tamen testator ius ferit, & ius imputationis in hereditate sit. l. cum quo. §. fin. l. quod autem. vers. sed si idē. §. eo. Bar. hic in oppo. ix. si enim non sit in hereditate, secus esset. l. pater filia. in prin. §. eo. Po ne ergo, dedi tibi centum hac lege, vt ea in Falc. imputes: deinde te institui hereditate teneberis imputare, quia ea conditione accepisti, atque eo nomine mihi obligatus eras. d. §. fin. quod non solum procedit, quando expressē actum est. l. si debitor. §. eo. l. etiam. §. sed & si non mortis. de bo. lib. sed etiam si tacite: vt quia nulla alia causa dandi fuisset. in dubio enim tali casu videtur id tacite actū. l. j. §. si parens. si quis à pare. ma. vbi Bart. quod intelligit Alex. si id quod datum est, eiusdem sit prorsus quantitatis, cuius Falcidia. etenim hoc casu Iuriconsultus loquitur, quem non est verisimile valorem hereditatis temere computasse. d. l. cum quo. §. si. Cum enim Falc. iure hereditario debeat, qui alio titulo dat, nō videtur eo nomine dedisse, vt imputetur. Bart. l. si cum dotem. §. si pater. sol. mat. Sed potius capienda est presumpcio simplicis donationis. l. cuius. de reg. in. Alexan. l. à Titio. de verb. quam amplius restrin gere donator non potest. l. penul. C. de do. que sub. mo. ideoq; ius imputationis in hereditate non fit. **Quid ergo si donatio**

reuo-

reuocabilis esset? & tūc poterit testator iubere eam imputari Falcidia, & valebit iustus: quia sicut potest eam in totum tollere, ita & restringere, & in causam imputationis vertere. arg. l. Seia. de do. causa. mor. Rom. cōsi. cclxxxiiij. \* Hincq; inferitur ad dotem, quam pater iubet Falcidia imputari. Si enim eam dotem sibi & heredibus suis reddi stipulatus est. l. quoties. fo. mat. valet iustus. quod Ang. hie tradit. Quod si aliter cocepta esset stipulatio, & actio de morte patris in personam filie consolidaretur. l. j. videamus. C. de rei vxō. act. secus esset, nec iustus valeret: quia testator huiusce imputationis ius in hereditate sua non reliqueret. d. l. pater filiam. in prin. §. eodē. Vnde lex ait, tali casu dotem Trebellianica imputanda non esset: igitur nec Falcidia imputabitur, in qua angustius procedimus. Rursus inferitur, ad ius clitelare, vel emphyteuticum, an huiusmodi bona Falcidia imputentur? & receptum est nō imputari. l. si patroni. §. tit. iij. vbi Ang. Raph. Pau. Nec enim iure hereditario testatoris deferuntur, sed ex prima domini concessione, vt Bald. & Alex. ex facto responderunt. Bald. l. vj. in iij. Alex. lxxxix. in iij. xxix. in v. Quod si quaesita essent pro se & heredibus, tunc secus esset: quia iure hereditario deferrentur. Bar. l. vt iurif. §. si liberi. nu. iij. de op. lib. Idemq; secundum Gallicanum consuetudinem, quæ beneficiaria ad instar patrimonialium redegit, quod alioqui tradiderunt. Stephanus Bertrand. cōs. cclxxxv. in primo. Tali ergo casu valet testatoris iustus imputari Falcidia: ea mandantur. Sanē & iure hereditario videtur percipi, quæ loco precij rei hereditariae data sunt. l. qui fundum. l. si dignum. §. eod. quoniam precium vice rei fugitur. l. si rem. de pet. hered. Bart. x. opp. qua ratione & quod in vim modi datum est, existimat Bart. xj. oppo. imputandum, quia in locum pretij succedit. l. in ratione. ij. §. tam et si. §. eod. \* His accedit etiam, quod conditionis implenda causa datū est, quoties in hereditaria consistit. Cuius exem plum in corpore hereditario à cohærede accepto est, quod pro portione heredis Falc. detrahere volentis imputatur. Idē in nimis peculiaribus à statulibero acceptis, etenim pro parte sua hereditarij sunt, ideoq; imputantur. l. id autem. §. cod. glo. iij. hic. Idem quoties data conditionis implenda causa naturallem obligationem dissoluerent. eatenus enim hereditaria sunt. l. si pupillus. §. eod. \* Cæterum quod iure hereditario non accipitur, quandoque propter quamdam æquitatem ex epistola Nefennij imputatur, non quidem ipso iure, sed ope exceptionis.

ptionis. l. Nefennius. §. eo. l. filio. in si. j. eod. vt cum is cui imputatio incumbit, a cohæredede legatum petit: non tenetur cohæres illud prestare, nisi actor totum in Falcidiam imputet, cuius rei illa est ratio, quod qui vult cohæredede sibi iudicium

12 testatoris obseruare, & ipse idẽ facere debet. \* Vnde cum Falcidia contra voluntatem testatoris deducatur, æquitas dicitur, vt iure exceptionis voluntas præualeat. Bald. d. l. filium quem. col. iij. iusticij; hæc æquitas exceptioni, actioni verò non sufficit. l. si peculium. §. j. de pec. leg. vbi Bar. l. emptor. in fin. de rei vend. Bart. l. cui fundus. nu. iij. vers. sed puto verius. q. penul. §. tit. j. Vnde, cum filius fundum haberet, vt quia legato vendicationis erat sibi relictus, vel aliter eum possideret: lex ait, quod pro parte cohærededi habebat, non imputari. l. filium quem. C. fam. ercisc. etenim eo casu cohæredes non rei, sed actoris fuissent: cum fundum filius ipse haberet, id est, possideret. l. stipulatio ista. §. habere. de verb. obl. Quid ergo si iam cohæres legatum ei soluisset, qui illud imputare Falcidię detractet? & Bar. sentire videtur, succurri ei qui soluit, ope replicationis, tanquam exceptio non solum aduersus petitionem hæredis competat, sed etiam aduersus deductionem: quod aliqui hic sentiunt. Ego Bart. de replicatione intelligo, quę loco exceptionis succedat. l. ij. de excep. Bar. j. oppo. x. alius nimis restringeretur legis nostrę regula, si tale legatũ imputaretur, etiam iure replicationis. Ascribat ergo negligentię suę, qui absque

13 cautione soluit. l. ex quibus. de cond. ind. \* Quid rursus si in legato sit corpus hæreditarium? Et Bar. totum imputandum censuit, Nefennius enim epistola generaliter loquitur, nec quicquam distinguit: videturq; hæc receptor sententia Rosfred. Iacob. Albe. hic. Cyn. Bar. Sali. d. l. filii. Sunt tamen qui dissentiant, Ang. Imol. Raph. Matthes. legis nostrę argumento, quæ Trebellianicę imputari dicitur hæreditariam portionem finit: ergo non plus Falcidię imputabitur. Nam & alibi lex manifestat hæc in re differentiam inter pecuniam, & corpus hæreditariũ constituit. d. l. de ducta. §. nummis. versic. diuersa. vbi Bar. ij. oppo. loquiturq; quãdo non extraneo, vt Bart. cõmentus est, sed cohæredi faciendã est restitutio, quod aduersariuę clausulã natura arguit. l. mariti. §. fi. de adal. vbi Bart. Ego Bart. sequor, quia subest eadem æquitas ratio. Nec me mouet, quod diuersam causam prædiorum a pecunia lex ait. d. §. nummis. quia loquitur cum hæres ipse retinere, seu a se accipere iustus est: sicq; ipse rei incumbit, non autem a cohæredede

petit.

14 petit. quod supra dixi. \* Sed nunquid quod de cohæredede dicitur, in legatario quoque procedat, vt heres respectu legatarij imputare teneatur, quæ sibi ab eo legata sunt? & videtur nõ imputandum, quia iure hæreditario non habet. l. si a me. §. eo. Capra consi. lxxvij. ij. dubio. Barto. tamen ex eadem æquitate sentit imputandum, vt ipsi danti profit, non vt ceteris collegatarijs. Bart. ij. col. vers. secundo casu. Cui consequens est questio, quid in his quę conditionis implendę causa sunt data, an hæres Falcidię imputare teneatur? Et si ipse actoris personam sustineat, Bart. censuit, idem quod in legatis esse, & imputari debere. argu. d. l. Nefennius. Bart. oppo. x. oportet itaq; eum, qui conditione implere velit, offerre se daturum: dum caueatur sibi eam summam in Fal. imputatum iri. Quod ergo in si. legis nostrę dicitur, datum causa cõditionis implendã, extra quartam esse: debet intelligi, respectu extranei, non respectu dantis. l. si fundus legatus. l. ad veterani. §. j. §. eo. d. quod Accu. censuit. glo. hic penul. Item etiam respectu dantis, qui temere & absque cautione soluerit, nec rei personam sustineat. d. l. ex quibus. Fuere tamen qui hæc in re contraherent, & nunquam imputari supra scriptam summam crederent. Cy. l. penul. C. eo. Politus d. l. filium quem. Imol. Moder. hic. Aequitas enim ex voluntate testatoris descendit, non legando, sed simpliciter conditionis adimplendę causã quippiam demonstrando, non videtur egisse, vt heres haberet, & sibi imputaret. Vnde hæres non censetur ex testamento, aut a testatore illud habuisse, sed potius mortis causã capione consequi. id autem. §. eo. probabilisq; est sententia, quam ego in hypothesisi sequentibus: quia consentanea verbis legis, licet alia sit receptor. Sed quid si id quod accipiendum est, non concurrat in tempore, cum legis Falcidię ratio? Et Politus negat æquitati d. legis tunc locũ esse, propter Metiani responsũ. d. l. si a me. quę sententia disputabilis est. arg. l. acceptis. j. eo. vbi Alex. vers. extra gl. Rui. cõtrã, quia dilatio tẽporis ad substantiã rei non pertinet. l. obligationũ ferẽ. §. placet. de act. & obl. sed cautionis re mediũ parit. j. tit. j. quã de re maxima fuit inter eos altercatio, in eorum libris videnda. Ego Metiani responsũ secundũ rationem ab ipso Iuriscõsulto adductã intelligo. quod & Bar.

15 & ceteri faciunt, vt fideicommissum a legatarijs relicto, hæredi in Falcidiam non imputetur, etiam si in re hæreditaria consistat, quia illud hæres non habet tanquam hæres, sed tanquam quilibet fideicommissarius, nullaq; ex mente testatoris

est